Galoppe/waloppe. Gradarius curſus, rotundus curſus.

Galoppêren. Gradatim, ſaltuatim, rotundo curſu currere. *vulgo* galopare. καλπάζειν, καλπᾶν. i. equum ad ingreſſum exſultantem urgere.

Gambuyn. Petaſo, perna.

Garance. Rubia tinctorum.

Garde. Cuſtodia.

Garde-nappe. *j.* **tafel-rinck.** Baſis, baſis potoria, menſaria.

Garde-robbe. Veſtiarium.

Garlande. *j.* **girlande.** Corolla.

Garment. Amictus, ornatus, veſtitus, us.

Garnieren. Munire, inſtruere, armare.

Garſon. Puer, famulus. *vulgò* garſio.

Gaugie/gauge. Vaſis menſura & capacitas.

Gaugieren/bergierē. Dolia metiri virga, menſuram vaſis deſignare.

Gaugierer. Doliorum menſor.

Gelatine. *j.* **galepe.**

Gelepe/ jelepe. Iusculum coactum sive coagulatū, jus congelatum, glaciatum: *vulgò* gelatina.

Gendarme. Miles.

Gendarmerije. Copiæ militares.

Generéren. Generare, gignere, procreare.

Generatie. Generatio, procreatio, progenies, prosapia, ortus, soboles.

Generael. Generalis, universalis.

Generael Capiteyn. Strategus. *vide* **Capiteyn.**

Generael van de minder broeders. Primas minoritarum.

Generael ontfangher. Tribunus ærarij, præfectus ærarius, quæstor. *vulgò* receptor generalis.

Generaelick. Generaliter, universè, generatim, universim in genere, universaliter.

Gerfalk. Gyrofalcus.

Geste. Gestus, us: gesticulatio, ludus, jocus. & Vultus.

Gesten. Res gestæ, acta.

Geule. Color ruber in armorum insignibus.

Geus. Mendicus, impudens. *vid.* **Gheus** *in Etymolog.*

Gierau. Pica glandaria.

Ghieraffe. Camelopardalis. *vulgò* giraffa.

Ghier-valck. Gyrofalco, gyrofalcus, herodius, accipiter major, prædam circumagens. *vulgò* Hierofalco.

Ghierlande/ guyrlande/ garlande. Coroca, corolla, strophium, sertum.

Ghirole. Siser, sisarum.

Ghisarme/ guisarme. Teli sive lanceæ genus.

Glaetse/ gelaetse. Planities glaciata.

Glorie. Gloria, decus, laus, honor.

Gloriéren. Gloriari.

Glorieus. Gloriosus, jactator.

Glorieus zijn. Mirari se, placere sibi.

Glorieuse heyd. Gloriatio, jactatio.

Glorieuselick. Gloriosè.

Glose. Glossa, glossema, expositio, commentum, commentatio, scholium.

Gloséren. Interpretari, explanare, exponere, commentari. *vulgò* glosare.

Glotoen. Gluto, heluo.

Goggias. Mammillare.

Gotiere. Stillicidium.

Gouvernéren. Gubernare, moderari, regere.

gouverneur. Gubernator, rector, moderator

Gouverneur-schap. Gubernatio, præfectura, strategia.

Gouvernante. Gubernatrix, moderatrix.

Gouvernement. Gubernatio, moderatio, regimen.

Gramets/ gremets. Gesticulatio, distortio oris.

Grand mercis seggheu. Magnas gratias agere.

Gratie. Gratia. & Decor, lepos, elegantia.

Gratieus. Comis, affabilis, benignus, lepidus, urbanus.

Gratieus heyd. Comitas, affabilitas, facilitas, urbanitas.

Gratieuselick. Blandè, benignè, urbanè, lepidè.

Grabitept. Gravitas, severitas, dignitas.

Grabitept houden. Tenere gravitatem, retinere dignitatem, ordinis sui dignitatem tueri.

Grabitept houden int spreken. Magnificè loqui.

Grenaet. Carbunculus carchedonius.

Grief. Grave, asperum, molestū, molestia.

Grosséren. Grandire, ampliare, augere. & Extendere & explicare scripta compèdiaria.

Grosséren. Tabulas conficere, inferre in tabulas.

Gruier/ gruwier. Saltuarius, custos nemoris. & Aucupio & piscatui præfectus. *videtur potiùs dici posse* **gruenier** *sive* **groenier** *nostrate dictione, cum etiam gallicè Verdier dicatur in eadem significatione.*

Guerdon. Præmium.

Guichet. Foricula, portula.

Guide. Dux, ductor, index viæ.

Guidon. Signum, vexillum.

Guirlande. *j.* **ghirlande.** Sertum.

Guisarme. *j.* **ghisarme.**

Guiterne. Cithara, testudo minor.

Habil. Habilis, aptus, idoneus.
Habilitêren. Habilem reddere. *vulgò* habilitare.
Haranghe. Oratio ad populum, concio.
Haubert. Lorica.
Herbarist. Herbarius.
Heremijt. Eremita, anachorita, eremum sive locum solitarium religionis ergo incolens, homo solitarius.
Heremijtagie. Eremus, solitudo, desertum, locus solitarius.
Hermelijne/hermijne. i. armijne.
Hermodactilen. Colchicum, bulbus agrestis, hermodactylus.
Hiacint. Hyacinthus: chrysolitus.
Hipocras. Vinum aromatites, vinum aromaticum, murina, nectar, passum, melicraton, vinum tertiò distillatum, vinum Hippocraticum, ex Hippocratis doctrina per laneum saccum mixto saccaro & varijs aromatum speciebus distillatum.
Hipocrijt. Hypocrita, simulator, fucatus homo, fucatę sanctitatis homo, fuco sānctimonię personatus, qui aliud in lingua promptum, aliud in pectore clausum habet. *Sall.*
Hipocrijsije. Hypocrisis, simulatio virtutis, virtus adumbrata.
Hipoteke. Hypotheca, connexum.
Holette/hoelette. Pedum, agolum.
Homagie. Fides clientelaris, clientelæ. *vulgo* homagium.
Homologêren/omologêren. Ratum facere, comprobare ὁμολογεῖν, auctorem fieri, assentiri, permittere.
Horologie. Horologium.
Hospitael. Nosocomium. *vulgo* hospitale.
Hostie. Hostia, victima.

Iacopijn. Dominicanus, Iacobita.
Iandarme/iendarme. Miles.
Iasmijn. Iasme, apiaria, zambachum, leucoij species fruticantis.
Idioot. Idiota, illiteratus, imperitus.
Illiquide schuld. Nomen controversum.
Illuminêren. i. lumineren.
Imaginêren. Cogitare, fingere, cogitatione depingere vel fingere, animo cõprehendere, speciem alicujus rei cogitare, imprimere notionem aliquam, imaginari, sibi persuadere, in animum inducere.
Imaginatie. Cogitatio, notio animo impressa.
Immeuble goeden. Bona immobilia.
Impatient. Impatiens, immodicus, impotens.
Impatientigghlick. Impatienter, intoleranter.
Impertinent. Ad causam nihil pertinens, alienus à re ipsa.
Impoztancie. Nomentum. **Saecken van impoztancie.** Seria, res seriæ, res momentosæ.
Impost. Indictio, collatio, collecta, oblatio, exactio, tributum, vectigal. *vulgò* impositio.
Incarnaet. Russus, purpureus color. *vulgò* incarnatus, colorem vivæ carnis referens, ex albo rufescens.
Incarnative medicijne. Medicamentum incarnans.
Incarnatie. Carmen chronicum, chronographicum.
Incident. Casus.
Incident. Liticula subnata, disceptatiuncula appendix; appendicula litis, quæstio emergens, liticula nata è summa re.
Inclinatie. Proclivitas, facilitas, propensio.
Incompetent richter. Iudex non legitimus.
Inconvenient. Infortunium, casus adversus.
Incozpozêrē. Incorporare, in corpus trajicere, devorare. & Concorporare, in unũ corpus redigere, conflare in unum corpus, conficere unum corpus, unire.
Incozrect. Mendosus.
Indiscrêt. Temerarius, immodestus, expers modestię.
Infanterije. Peditatus, exercitus pedestris
Infel. Infula, mitra episcopalis.
Infermerije. i. fermerije. Valetudinarium
infozmatie. Quęstio, inquisitio, investigatio.

tio.& Cognitio,notitia.

infozmatie doen. Quærere,inquirere.*vulgo* informationem facere.

infozmêren. Inquirere in delatos, & testibus maleficij testimonium denuntiare: cognoscere de actis alicujus.

ingien.j.**engien.**

inhabil. Inhabilis,ineptus.

injurie. Injuria, maledictum, probrum, convitium.

injuriêren. Malè accipere aliquem verbis, lędere aliquem injuria, dicere vel facere convitium alicui, injurijs aliquem afficere, injuriam alicui inferre sive imponere.

inquisitie. Inquisitio,examen,indago,investigatio.

inquisiteur. Inquisitor,investigator,indagator.& Index violatę religionis.

insel. Insula.

insinuêren. Profiteri : publicè ultro denuntiare. **insinueren sich selben/** *&c.* Insinuare se alteri.

insolvent. Non solvendo,solvere debita non potens.

instantie. Instantia, sedulitas, assiduitas, continua intentio,contentio.& Postulatio,petitio. & Actio, causa,lis,disceptatio,judicium.

instructie. Institutio,præceptum,disciplina,catechesis.

instructie der ghe-santen. Commentarius legatorum.

instruêren. Instruere,prędipere,docere.

instrument. Instrumentum, organum & arma.

instrument. Instrumentum,munimentum, monumentum scripturarum ad res gestas pertinentium: tabulę,authoritates.

instrument van musijcke. Instrumentum sive organum musicum.

insufficient. Exiguus.*vulgo* non sufficiens.

intentie. Intentio, propositum,mens,voluntas,consilium,institutum.

intentêren een pzoces. Intendere actionem,dicam scribere,condicere,constituere accusationem,jus experiri,agere.

interest. Damnum,detrimentum.

interest. Versura, usura, fœnus. **Ghe op interest nemen.** Versuram facer

interinêren.j.**enterinêren.**

interlocutooze sententie. Decretum jur cis interpositum, interloquutio decr toria, sententia disceptationis interp sita : sententia interlocutoria,quæ n desinit controversiam, sed aliquid ob ter ad causam pertinens,decernit.

interrogatozie. Interrogationes : inte rogatoria,quæstiones.

intimêren. Denuntiare,significare,prov care in jus,diem judicij dicere.

intimatie. Denuntiatio.

intitulêren. Nominare,inscribere,nunc pare.

intonêren. Prędinere,prędire prædinend quasi viam prędmonstrare.

introye. Introitus.

intricaet. Perplexus.

introyzise.j.**entreyzinse.**

invalidêren. Infirmere,infirmum sive i validum reddere.

inventariêren de goeden. Bona redig in commentarium.

inventaris van goeden. Apophasis,ap grapha, index, Catalogus, elench commentarius bonorum : *vulgo* repe torium,inventarium.

inventie. Invętio,excogitatio machinati

inventêren. Excogitare,invenire,adin nire machinari.

inventeur. Inventor,architectus.

iouncture. Iunctura, commissura,junctio conjunctio,artus,articuli.

iouznael.j.**journael.**

iouzney. Sagum,tunica militaris,tunica sin manicis,colobium, exomis, hemitog um.*vulgo* giornea. (giostra

ioste. Decursus, decursio ludicra. *vulg*

iostêren. Decurrere,concertare hastis,cō currere inter se.*vulgo* giostrare.

iournael. Ephemeris,diarium.

issulve.j.**exulve.**

item. Item,similiter.& Nomina.& Reli quum debiti.

iubilee. Venię seculares, vel semisecula res,jubilęum.

Idicature. Iudicatus: magistratus judicialis.

Ige. Iudex.

Igéren. Iudicare, judicium seu sententiam ferre.

Iuglier. Circulator, præstigiator.

Iups. succus, cremor.

Iuleb. Iolabum, *ἰολάβιον*: iuleb. j. violarum infusio, clarificata potio, clarus liquor potabilis. *vulgo* Iulepus, julapium, zulapium.

Iupiter. Stannum *dicitur chymistis.*

Iurisdictie. Iurisdictio, præfectura.

Iurist. Iurisperitus, jureconsultus, jurisconsultus, consultus juris, leguleius.

Iustéren. Æquare, adæquare.

Iustitie. Iustitia.

Iustitie doen. Iustitiæ æquitatisq; sacris operari, leges exercere, exequi judicis officium, obire munus judicandi.

Iustitier. Iudex, prætor.

Iustifiéren. Purgare crimen. & Absolvere à crimine.

Iujube. Zizyphum *officin.* jububæ, fructus zizyphi arboris.

L

Labeur. Labor, industria. & Agricultura.

Labeuren. Laborare, opus facere, moliri, & Terram moliri, arare.

Lac/ gomme-lac. Gummi. *genus tincturæ conveniens, quod vulgo* Lacca. & Cancamum *dicitur.*

Lac. Coloris rubri genus.

Lambris/lambrisseersel. Materiaria incrustatio. & Laquear, lacus in ædificijs.

Lambrisséren. Vestire parietes tabulis.

Lancette. Phlebotomum, scalprum chirurgicum.

Laps van tijde. Lapsus temporis.

Lastagie. Saburra.

Lasur/asus. Cæruleum, fossile, color cæruleus, cyaneus, glaucus. *vulgo* axurinũ, lazurinum, color azureus, asurcus, lazureus.

Lasur-steen. Lapis cyaneus, cæruleus, stellatus. *vulgo* lapis lazuli vel azuli.

Laudéren, Compromittere.

Leael/lopael. Fidelis, fidus.

Lealich. Fideliter.

Legaet. Legatus.

Legende. Vita divorum, gesta divorum, vita Sanctorum, gesta Sanctorum.

Legitimen. Legitima, portio hæreditatis jure naturalibus liberis debita.

Legitiméren. Legitimum reddere, natalibus restituere.

Liberael. Liberalis, munificus.

Liberaelheyd. Liberalitas, munificentia.

Liberaelijck. Liberaliter, munificè.

Libije. Bibliotheca, librarium.

Licenten. Vectigalia, tributa quę evehendi commeatus, armorum aliarumque mercium nomine solvuntur.

Licentiaet. Ad professionem theologiæ, juris, medicinę admissus. *vulgo* licẽtiatus

Lieutenant. Legatus, vicarius, prefectus. *vulgo* locum tenens.

Ligus/lige. Fœdus, societas. *vulgo* Liga.

Limiten. Limites, fines, termini.

Limitatie. Præscriptio, præscriptum.

Limitéré. Definire, determinare, circumscribere, præscribere.

Linagie. Genus, prosapia.

Linagier. Gentilis, hęres.

Liquide schuld. Nomen liquidum.

Locate. Hypodidascalus, vicarius.

Lop. Lex.

Lopael. j. **leael.**

Longhe. Nota musica constans quatuor mensuris. *vulgo* longa.

Luminéren de schilderije. Miniare picturam, vivos colores inducere.

Luna. Argentum *dicitur Chymistis.*

Lupijne. Lupinus, leguminis genus.

Luenant. j. **lieutenant.**

Luxurie. Luxus, luxuria, luxuries.

Luxurieus. Luxuria diffluens, delicatè & molliter vivens, libidinosus, effeminatus, mollis.

M

Macis. j. **folie.** Macis, macer.

Maculature. Chartæ ineptę, maculatę, segestre. *vulgo* maculatura, maculteргium.

madame/madone. Domina, mea domina.

Madrigael. Cantio celerior Italica, musica levicula.

Magasin. Promptuarium, horreum, apotheca.

Magistraet. Magistratus.

Magneet. Magnes, sideritis.

Magnistick. Megaloprepes. *vulgò* magnificus.

Majestept. Majestas.

Maintenéren/mantenéren. Manu tenere, defendere, servare, obtinere, retinere, sustentare, sustinere.

Maintenue. Iusta possessio.

Malcontent. Offensus.

Malcontent zijn. Ægrè ferre.

Maledictie. Dira deprecatio, imprecatio.

Malcus swoerd. Ensis falcatus, harpe.

Manckéren. Deesse, deficere.

Mandaet. Edictum.

Mandataris. Mandatarius, commissarius.

Mandement. Mandatum, edictum.

Mandragoze. Mandragora, circæa, malus terrestris, antropomorphos.

Mantenéren. j. maintenéren.

Manuael. Libellus manualis, enchiridiõ, *vulgo* manuale.

Manufacture. Opus manu factum, forma operis manu facti.

Maraud. Mendicus.

Marcréren. Ambulare, gradi, iter facere, viam facere, incedere, progredi, gradum conferre. & Equitare.

Marchis/marquis. Marchio.

Mareschagie. Palus.

Marglier. Æditimus, ædituus, templi œconomius.

Mariage. Annulus connubialis.

Marmelaete. Cydonite placenta. *officinis* diacydonium, cydoniatum.

Marmoset. Mastos. & Persona.

Maroene. Balanitis, genus castaneæ rotundioris. & Majoris.

Maronier. Nauta, navita.

Mars. Ferrum *dicitur Chymistis.*

Martagoen. Cynorrhodon : lilium rubrum.

Mastick. Mastiche, resina lentiscina.

Mastick-boom. Lentiscus.

Mastin. Canis rusticus, canis major & mordax. *vulgo* mastinus.

Maxime. Nota constans octo mensuris. *vulgo* maxima.

medalie. Torcuma, signum, sigillum, sculptile fusileque opus, emblema, numisma.

mediaene/mediaen-ader. Vena media inter jecorariam & humerariam sive cephalicam.

melancholije. Melancholia, atra bilis : & Dolor, cura gravis, mentis alienatio ex atra bile nata, cum mœstitia metuque conjuncta.

melancholijck. Melancholicus.

melanjse. j. berangbene. Melangenum, malum insanum.

melisse. Apiastrum. *herba.*

melodije. Melos, melodia, cantus suavitas, modulatio, modulamen, concentus, harmonia.

memorie. Memoria, mens, recordatio, monumentum.

memoriael. Libellus memorialis, signum memoriale.

mercurius. Argentum vivum.

menagie. Suppellex, res familiaris. & Familia.

menagier. Familię prefectus, dominus, œconomus, administrator rei familiaris.

mentie. Mentio, memoria.

mentie maken. Memorare, movere mentionem : facere, inferre, habere mentionem.

mesane. j. mezane.

mes-kief/mis-kief/meschief. Infortunium, casus adversus, vitium.

mesnije/messentje. Familia.

messagie. Nuncium.

messagier/messelgier. Nuncius.

mesus Abusus, delictum.

mesuséren. Abuti, delinquere.

meubel. Mobilis.

meuble goeden. Res familiaris, supellex, bona mobilia.

mezane. Epidromum, epidromus, velum ad puppim.

mezereon. Granum Gnidium, fructus thymilęæ.

Millioen. Decies centum millia, millies mille, mille chiliades. *vulgo* millio.

Minére. Fodina, vena.

Minneren/minen. Fodere, suffodere.

Minime. Vocula, voculatiuncula musices, nota designans mediam mensurę partem. *vulgo* minima.

Minneren. ſ. **diminueren.**

Mirobalane. Myrobalanus, glans Ægyptia. (bicæ

Mirre. Myrrha, lachryma arboris Ara-

Miserere mei. Ileus, volvulus, tormentum chordapſon, graviſſimus periculoſiſſimuſque tenuioris inteſtini morbus.

Miſſive. Epiſtola, literæ, tabellæ.

Miſterie. Myſterium, ſacrum arcanum, ſeclusum.

Mitridaet. Mithridatium antidotum. *vulgo* Mithridaticum.

Mode. Modus, ratio mos, forma.

Model/ model-beld. Proplaſtice, typus, forma, imago ex gypſo ad cujus ſimilitudinem & formam ſtatuarius plaſtéſve cædit, aut ęs fundit. *vulgo* modulus.

Moderéren. Moderare, moderari, temperare.

Mommie/mummie. Piſſaſphaltum factitium. *vulgo* mumnia, mùmia.

Monopolie. Monopolium : & Coitio, conſpiratio.

Monſieur. Dominus, herus.

Monſtrancie. Hierotheca.

Monteren. Aſcendere. & Equum conſcendere. & Inſtruere, adornare. **Wel ghe-monteert.** Clypeopôlus, κλυτόπωλος: inclytus equi. *Budæus.*

Mozion/mozrion. Caſſis, idis, galea bellatoria cono ſive apice criſtiſque inſtructa.

Mezd-mael/mozmael. Cacoëthes, ulcus mali moris, ulcus malignum : & Gangręna, malum mortuum, caro emortua ex hulcere vel inflammatione.

Moſaick. ſ. **muſaick.**

Moſtaertſe. ſ. **muſtatſe.**

Motet. Epigramma ſacrum, cantio muſica ſacra, modulus ſacer Latinus.

Motijf. Argumentum, cauſa, cauſa movens incitamentum, propoſitum.

Motſerſe. Puer, famulus vilior, pediſequus.

Munitie. Munitio, munimen, munimentum, præſidium, propugnaculum, auxilium. & Præmunitio : & Commeatus, annona militaris, ſtellatura, alimonia exercitus. *vulgo* munitio.

Muſaick/moſaick. Muſivum, moſaicum, muſæacum opus, opus teſſellatum, ſegmẽtatum, ſcalpturatum, vermiculatum, aſarotum.

Muſckel. Muſculus, lacertus.

Muſijck. Muſica, cantus ſymphoniacus,

Muſicien. Muſicus, melicus.

Muſicieren. Cantare muſicam, canere ſymphoniam.

Muſtatſe. Myſtax, barba ad ſuperius labrum, muſtaca.

N

Narciſſe. Narciſſus, bulbus, vomitorius.

Narde. Melanthium, nigella, gith. *officinis* Nigella Romana.

Natie. Natio, genus hominum. & Sodalitas, ſocietas, collegium.

Natiuitept. Ortus, dies natalis. *vulgo* nativitas.

Natuere. Natura, ſphyſis, rerum opifex, parens, creatrix rerum. & Sexus, naturalia. & Indoles.

Naturéren. Coire, generare.

Natuerlick. Naturalis, genuinus, nativus, phyſicus. & Naturâ, naturaliter.

Natuerlick ſaed. Genitura, ſemen genitale, urina genitalis.

Natuerlick kind. Filius naturalis, filius illegitimus, natus ex parẽtibus inter quos matrimonium conſtare poſſet. Partheníus, filius è virgine non nupta editus.

Naveen. Napus, rapę genus.

Negotiéren. Negotiari, mercaturæ operam dare.

Negotiatie. Negotiatio, mercatura.

Negromantie. Necromantia, Pſychomantia.

Neuter. Neuter. & Neutri parti addictus, inte-

integer, *Cic.* Medius & neutrius partis. *Sueton.*

Neuter zijn. Integrum se servare, *Cic.* Neutri parti se addicere, medium se gerere.

Neutrael. Medius, indifferens, *vulgò* neuter, neutralis.

Nihil op de requeste geven. Postulatori abscindere spē impetrandi, supplicanti abscisse negare quod flagitat, præcidere spem impetrandi quod postulat.

Notoor. Evidens, manifestus, manifestarius. *vulgò* notorius.

Nul. Frivolus, nullius pretij.

Nul en van onweerden. Frivolus, irritus.

O

Obedient. Obediens, audiens, obsequens, morigerus.

Obedientie. Obedientia.

Obedientelick. Obedienter, obsequenter.

Oblaete. Oblatio, libum feriale. & Hostia. *vide* **Oblije.**

Obligatie. Obligatio, syngrapha, syngraphum, chirographum, symbolum, tabulæ: & Auctoramentum.

Obligéré. Obligare, adstringere, obstringere, devincire.

Obstakel. Obstaculum, objectamentum, obex.

Obstinact. Obstinatus, obsirmatus, pertinax, præfractus.

Obstinactigheyd. Pertinacia.

Obstinatelick. Obstinatè, præfractè, pertinaciter.

Occasie. Occasio, ansa, facultas, causa, locus.

Octrope. Beneficium.

Octropen/octropéren. Indulgere, annuere, tribuere alicui.

Oculaer. Evidens, luculentus, perspicuus.

Offensséren. Offendere, lædere aliquem, malè mereri de aliquo.

Offensie. Offensio, offensus, læsio, culpa, noxa.

Onijckel. Onychium, onyx Arabica.

Operéren. Operari.

Operatie. Operatio. **natuerlijcke operatien.** Actiones corporis naturales.

Operement. Auripigmentum, arsenicum.

Opinie. Opinio, sententia.

Opiniatre. Pertinax, capito.

Opposéren/opponéren. Opponere, objicere, recusare, adversari, intercedere, morari, impedire, prohibere.

Opposant. Adversator, intercessor.

Oppositie. Oppositio, intercessio, impeditio, prohibitio ne quid fiat.

Orage. i. **oreeste.**

Ordinaris. Legitimus, justus, solennis, usitatus, ordinarius.

Oreeste/ orage. Horrida tempestas, vis major.

Orient. Oriens.

Orientael. Orientalis.

Orientael ghe-steente. Lecti oriente lapilli, gemmæ orientales, valdè pretiosę.

Originael. Archetypus, archetypum, exemplar, authenticæ tabulę, primum & principale exemplar.

Orijne. i. **vrijne.** Vrina.

Orison. Oratio.

Ornement. Ornatus, cultus, comptus, us, exornatio.

Oubliancie. Oblivio.

Outragie. Contumelia, invectio, offensio, atrocitas, importunitas.

Outragéren. Contumelia afficere, insequi contumelia.

P

Pacificatie. Pacatio.

Pagadoor. Solutor, quęstor.

Pallet. i. **pilet.**

Pagie oft sijde van een blad papiers. Pagina, pagella, cera.

Palissade. Sepes ex palis, vallum, septum.

Paradijs. Paradisus, hortus voluptatis, campi Elysij.

Paradijs-greyn. Cardamomum.

Paradijs-voghel. Avis paradisea. *Indis dicitur* manucodiatta.

Paragon. Specimen, exemplar, canon: & Proba, experientia: & Res quæ alijs composita & collata facilè illas delet sua excellentia: & Vnio sive margarita excellens. & Paritas, æqualitas: &

Par,

Par, æqualis.

Paragonéré. Cõparare, conferre, æquare.

parate executie. Exequutio juris ſubitaria.

Pardon. Venia, remiſſio, gratia, indulgentia: venia errati ſeu delicti,

Pardon-bzief. Diploma veniale, codicilli veniales.

Pareil. Par, parilis, æqualis, ſimilis.

Paréren. Parare, ornare, exornare.

Paréríel. Ornatus.

Parfum j. perfum.

Parietarie. Parietaria, muralis herba, helxine.

Parlement. Colloquutio, colloquium, ſermo, diſputatio: & Senatus ſupremus, curia ſupremæ juriſdictionis: tribunal ſupremum.

Parlementen. Colloqui: & Diſceptare, diſputare, contendere.

Parlementéren. Colloqui, colloquia conſerere: agere de pace, inducijs, vel deditionibus urbium, arcium, &c.

Parmeſaen. Parmenſis caſeus.

Parragie. Partitio, diviſio.

Partiael. Homo ſui juris, ſui arbitrij, ſuę ſententiæ, & inimicus, adverſarius, adverſę parti addictus.

Particulier. Peculiaris, proprius, ſingularis, ſpecialis: privus, privatus.

Particulierlick. Peculiariter, propriè, ſpecialiter, ſeparatim, privatim. & Definitè, diſtinctè: ſpeciatim.

Paſquil/paſquin. Libellus famoſus, ſatyra.

Paſſabel. Tolerabilis.

Paſſemeſe. Chorea progrediens paſſu uno & dimidiato.

Paſſe paſſe. Præſtigium, geſticulatio circulatorum.

Paſſie. Paſſio: morbus, ægritudo, affectio: affectio animi, perturbatio.

Paſtoor. Paſtor, parœcus, curio.

Paſtoorſchap/paſtorije. Curionatus.

Patente. Codicilli à Principe impetrati, codicilli regij, diploma: principum literæ: & Libellus, epiſtola aſſertoria.

Pater noſter. Precatio dominica.

Paters noſters. Sphęrulæ precatoriæ, quibus certus numerus precationum dominicalium & ſalutationum angelicarum recitatur: pilulæ precatoriæ: calculi precatorij.

Pater noſters/ duym-yſers. Manicæ, ſphærulę: nodi & vincula quibus manus conſtringuntur.

Pater noſters. j. rack-klooten. Mala lignea, quę pilulas precatorias imitantur.

Pater van t' klooſter. Cœnobiarcha, prefectus vel antiſtes cœnobij, monachorum, virginum ſacrarum, &c.

Patient. Patiens: & Placidus, clemens.

Patientie. Patientia, tolerantia.

Patientie hebben. Ferre patienter, æquo animo ſufferre, tolerare.

Patientie. Lapathum, rumex ſativus, hippolapathum.

Patientigh. Patiens, tolerans.

Patientighlick. Patienter, toleranter, humanè: & Placitè, placidè, toleranter.

Patrimonie. Patrimonium.

Patriot. Patriæ amans. & Conterraneus, ſympatriota.

Pavops. Clypeus.

Pedeſtael. Stylobata, ſtylobates: lapis ſive baſis columnæ ſuppoſita.

Penitentie. Pœnitentia, metanœa,

Penitentie doen. Piacularem pœnam luere, dare de ſe ultro ſupplicium Deo,

Penſie/penſioen. Penſio: vectigal.

Penſier. Diſpenſator.

Penſionaris. Vectigalis.

Penſionaris. Penſione conductus, *à penſione qua honoratur à civitate.*

Penſionaris. Syndicus civitatis, actor univerſitatis, aſſeſſor judicum ſive ſenatus: collegij aut corporis alicujus conſiliarius, eiſque in conſilijs aſſiſtens.

Peonie. Pæonia caſta, aglaophotis.

Perdon. j. pardon.

Peremptoor. Peremptorium: in ſummam decretorium unum pro multis. **Exceptie peremptoor.** Præſcriptio quę jugulum cauſę petit.

Perfect. Perfectus, abſolutus, conſummatus.

perfectelijk. Perfectè abſolutè, ad unguem.

perfum/parfum. Vnguen, unguentum, pigmentum, unguentum fragrans, odores, odoramenta: Suffimen, suffimentum; aromata.

perfumêren. Condire odoribus, suffire, vaporare, fumigare, fumificare.

permissie. Permissus, permissio, consensus, concessus, potestas, jus, copia, facultas.

perplex. Perplexus, impeditus & attonitus.

perplexi: ept. Perplexitas, angustia, difficultas.

perrupcke/perhupcke. Galericulum, coma adscititia, adoptiva, appositicia, sutile capillamentum.

persecutie. Vexatio, afflictio.

perseverêren. Perseverare, persistere, permanere, pergere.

persistêren. Persistere, perseverare.

persoon. Persona, prosopon.

personagie. Persona. **Groote ende treffelicke personagie.** Homo altus & excellens, vir summus, vir maximus, præstans, præstantissimus.

personagie van t'spel. Persona, personatus. **Spelen de personagie oft rol van eenen slave.** Agere partes servi.

persoonel. Personalis.

persoonelick. Personaliter.

persoonelick erghens verschynen. Sistere se aliquo in loco.

perspective. Optice, ars perspectiva: & Scenographia, sciographia.

pertinent. Pertinens ad rem, appositus, decens, commodus.

pertinentelick. Appositè, decenter, commodè.

pertisaen/pertusaen. Gæsum, gesum, venabulum, hasta, telum, tragula, hasta velitaris.

pessarie. Pessus, id quod digiti forma feminis & utero affectis subjicitur.

petitie. Petitio.

petitoor. Petitorius. & Iudicium titularium, *Budæus.*

petitoore actie. Actio petitoria.

paillet/paliet/paillet. Vinum heluolum, medium inter album & ruffum.

pilagie. Præda.

pilêren. Prædari pilare. *apud Ammian. iste I. Lips.*

pingier. Pictor.

pingion. Vexillum, signum.

pinnasse. Navis prætidiaria, bellica.

pirole. Limonium, beta silvestris.

pisefine. Piscina.

pistolet. i. **sengh-roer.**

pitancie. Obsonium pulmentarium. & Diarium. & Demensum, dimensum, mensura stata alimenti.

planêren. Planare, complanare, explanare, planum facere.

planete. Planeta, sydus errans, stella erratica, vaga.

planét-kenner/planét-leser. Mathematicus, genethliacus, apotelesmaticus, planetarius.

pleuris. Pleuritis, pleurelis, dolor lateris acutus & pungens.

plombet. Plumbi lamina.

plebaen. Curio parochialis.

podaghel. Podagra, chiragra. *hac voce eam Saxones utuntur.*

poëte. Poëta.

poëterije. Poëtis, poëmatium, carmen.

popson/puson. Venenum, pharmacum, medicamen.

polanen, pollanen. Cornum sive acumen calceorum.

pongieren. Pugnare.

pontificael. Liber ritualis, *vulgò* pontificale.

populasse. Popellus plebecula.

portanten. Telamones, atlantes, signa virili figura, quæ in ædificijs mutulos aut coronas aut aliud quid sustinent: & Caryatides, signa consimilia atlantibus muliebri specie.

portatif. Organum pneumaticum uno folle. *quod facile transferri & portari potest.*

positif. Organum pneumaticum duobus follibus: *quod de loco ad locum transferri & poni potest.*

possesseur. Possessor.

possessie. Possessio, fundus, prædium.

possessoore. Iudicium possessionis, cautio possessoria, jus possidendi.

poſterne. Poſticum, poſtica.
poſtume. ¶ **apoſtume.** Apoſtema.
poſtille. Scholium, brevis interpretatio, *vulgò* poſtilla.
poſtuléren. Poſtulare, cauſas agere, cauſidicum eſſe, patrocinari.
potente. *vide* **Victuelie** *in Etymol.*
pragheneer. Pragenſis culter, culter confectus Pragę, civitate Bohemiæ. *Ortel.*
prandijs. Prandium.
prębende. Prębenda orum, ſacerdotum, ſacerdotis proventus: & Sportula, pecunia quotidiana, aut cibus quotidianus, ad victum ſacerdotum. *vide* **Beneficie.**
pretieus. Pretioſus, magni pretij ſeu valoris.
precis/preciſelick. Præcisè, cum compendio, abruptè & abſciſcè.
prefatie. Prefatio, prologus, exordium.
prejudicie. Præjudicium, præſumptum de aliquo judicium. & Captio. & Iactura, damnum, nocumentum.
prelact. Præſul, antiſtes ſacer magiſtratus.
prelactſchap. Pręſulatus, primatus.
preſcriptie. Præſcriptio: & Vſus & auctoritas: & Vſucapio.
preſent. Munus, donum, oblatum honorarium, donativum.
preſent-wijn. Vinum honorarium.
preſent. Pręſens, pręſto, inſtans.
preſentie. Pręſentia aſpectus, conſpectus. **In preſentie.** Coram.
preſentéren. Pręſentare, offerre, ſiſtere, exhibere, in conſpectum dare.
preſentacie. Exhibitio, editio, oppoſitus, us.
preſentacie-wijn ¶ **preſent-wijn.**
preſervéren. Conſervare, tueri.
preſervatif. Antidotum, antidotus, alexipharmacum. *vulgò* præſervativum.
preſident. Præſes, antiſtes, *vulgo* præſidens.
preſt. Pręſtò, promptus, paratus.
preſumére. Arbitrari: & Audere, arrogare, inſolescere.
preſumptie. Suſpicio præſumpta, opinio pręſumpta: & Arrogantia, inſolentia, audacia, temeritas.
preſumptueus. Arrogans, inſolens, *vulgò* pręſumptuoſus.
preſuppoſéren. Fingere, fingere ita eſſe, ponere ita eſſe.
pretext. Simulatio, ſpecies, nomen cauſæ.
pretext/pretencie. Obtentio, *vulgò* prętextus.
pretendéren. Prætendere, intendere, obtendere.
prioor. Præſul, antiſtes, cœnobiarcha, præfectus monachorum, *vulgò* prior.
prioorſche/prioorinne. Antiſtita.
priſon. Carcer, cuſtodia.
priſonnier. Captivus, cuſtodia clauſus.
privilegie. Privilegium, diploma, vacatio.
privilegiéren. Ornare privilegio, concędere privilegium, ſolvere legibus.
probéren. Probare, experiri, periclitari.
procurator. Epiſtates.
procuraterſſe. Epiſtata.
profeſſie. Profeſſio, ſtudium.
profeſſie van religie. Hierodulia.
profeſſie van religie doen. Verba ſe devoventis effari, in manum convenire antiſtitis, ſacramentum ſacræ ſodalitatis inire.
profete. Propheta, hariolus.
profetéren. Hariolari, prędicere, *vulgò* prophetare.
profetije. Oraculum, reſponſum, effata.
proffitéren/profijt doen. Proficere, profectum facere, frugem facere: & Prodeſſe.
prologe. Prologus, præfatio, prooemium.
prolongéren. Prolongare, prorogare, ducere, producere, trahere.
prolongatie. Prolongatio, prolatio, productio, protractio, prorogatio.
pronoſticatie. Prognoſticum, prædictio, augurium, auguratio, divinatio.
propice. Propitius, bonus, æquus, favens: & Aptus, idoneus.
proportie. Proportio, portio, rata portio, apta decensq; compoſitio. **Met proportie.** Pro portione & equaliter.
propoſt. Propoſitum, inſtitutum, decretum, ſtatutū, ſentētia, conſilium: & Ser-

mo oratio,narratio. **Te pzopoſie.** Ad rem:commodè,oportunè.

Pzopzietaris. Proprietarius,dominus.

Pzoſpective.j.perſpective.

Pzoſe. Proſa ſive prorſa: oratio verba ſoluta:oratio ſoluta,nõ adſtricta numeris.

Pzoteſt. Obnuntiatio.

Pzoteſt doen. Teſtari,teſtificari palàm. & Obnuntiare.

Pzoteſtéren. Proteſtari: teſtari,teſtificari palàm:& Teſtato reclamare:obnũtiare.

Pzotocol. Monitor,ſubmonitor,poſticus monitor.

Pzotocol. Protocollum: breviter & ſuccinctè à tabellione notatum: adverſaria,orum.

Pzotonotaris des Paus. Logothera, *vulgo* protonotarius apoſtolicus.

Pzouene. Præbenda,ſportula.

Pzouenſche rooſe. Roſa Alabandica.

Pzouenſch hout. Lignum in parvos vertices criſpum:vel criſpo ac intorto macularum diſcurſu variegatum.

Pzouenſche tafele. Menſa pantherina:intorto macularum diſcurſu variegata. *vulgo* Provincialis.

Pzouincie. Provincia.

Pzouinciael. Provinciæ præfectus.

Pzouiſie. Proviſio,cautio: & Copia: & Subſidium.

Pzouiſie. Decretum temporarium ſive interlocutorium magiſtratus,ſententia interlocutoria. **Momboor vp pzouiſie ghe-geuen.** Tutor fiduciarius.

Pzouiſie van koſt. Penus, penu,annona, commeatus.

Pzouiſie van ghelde. Argentarius commeatus. **Pzouiſie doen.** Præparare cibos, ligna & cætera neceſſaria: congerere penum,*&c.* **Pzouiſie doen van ghelde.** Argentum comparare, præparare pecuniam, rem numariam curare.

Pzouiſie van ſout. Annona ſalaria.

Pzouiſioael. Fiduciarius,precarius.

Pzouiſoor. Cenſor eccleſiaſticus,procepiſcopus.

Pzublick. Publicus:& Publicè.

Pzublicatie. Editio, divulgatio,promulgatio,publicatio.

Pzublicéren. Edere, vulgare, divulgare, promulgare,palàm facere,publicare.

Pzulpit. Pulpitum,ſuggeſtus,ſuggeſtum.

Pzulver. Pulvis.

Pzulvéren/pzulveriſéren. Pulverare,diſpulverare,in pulverem redigere.

Pzurge. Purgatio ſive dilutio criminis culpę amotio. **Sich ter pzurghe ſtellen.** Se purgare,expurgare ſe à criminis ſuſpicione,ſeq; innocentem probare, depurgare ſive diluere crimen, demoliri culpam de ſe.

Pzurgéren. Purgare,depurgare,expurgare, & Piare,expiare,luſtrare.

Pzurgatie. Purgatio,expurgatio,& Medicamẽtum catharticum medicamentum ventriſluum, quod alvum dejicit: purgatio cathartica.

Pzuſon/pzopſon. Venenum.

Pzutoor/butoor. Ardea ſtellaris. *vulgo* butorius,botaurus: & Putorius,ictis: muſtelę genus putidum & fœtidum: *quod* **biſſe** *ſive* **fiſſe** *Teutonicè dicitur.*

Quadraet. Quadratus: & Quadrum, quadrangularis,quadriformis.

Quadraet aſpect der planeten. Aſpectus terragonus.

Quadran. Horologium ſciatericum,ſolarium. & Regula,norma. & Pixis nautica. *vulgo* quadra,quadrans.

Quadruplyche. Triplicationis depulſio, reſponſio rei ad actoris triplicationem.

Qualitept. Qualitas, habitus, forma, & Perſona,& Conditio.

Quarene.j.carene.

Quarriere.j.carriere.

Quartepne. Febris quartana, quadrimi circuitus febris.

Quaterne. Quaternio.

Quatertemper/ quatertemper dagben. Quatuor temporum jejunia, triduana jejunia quatuor anni temporibus.

Querelie. Controverſia,jurgiũ,diſſidium contentio,lis:jurgium,cauſa,ſimultas.

Queſtie. Quęſtio. & Controverſia, lis contentio,altercatio,cauſa.

Quid pro quo. Antiballomenon: pharmaci unius in alterius deficiẽtis locum substitutio.

Quinancie. Cynanche, synanche, angina.

Quinckennelle. Quinquennalis dilatio: prorogatio in quinquennium. (tio.

Quinterne.i.catarre. Catharrus, distilla-

Quinterne. Instrumentum musicum. *vulgò* quinterna.

Quote. Quota pars, symbolum. & Taxatio, æstimatio.

Quotiséren. Ratam partem, vel symbolum exigere.

Quotéren. Præcidere, designare quotum quemque articulum, quotum quodque caput oppugnare velit litigator. *vulgo* quottare.

R

Rabarber. Radix Barbara, rha, rheon, rhaponticum, rhacoma, rhecomo. *vulgò* rhabarbarum seu rheobarbarum.

Rabat. Decessio de summa. *vid. Etymol. g.*

Rabattéren. Detrahere, dimittere vel remittere de summa.

Racoutréren. Interpolare, instaurare, concinnare, reficere.

Rapiamus. Farrago, diversarum rerum commistio.

Raffuiéren. Purgare, repurgare, perficere sal, argentum, *&c.*

Rape/radie. Radius.

Rapéren. Delere, circumscribere, expungere, eradere.

Rancheur/rancune. Odium, simultas.

Rapas/repas. Vicus, pagus.

Rappel. Revocatio, evocatio ad superiorem judicem.

Rapport. Reportatio, relatio, renunciatio, elogium. **Valsch rapport.** Crimen, criminatio, detractio.

Rapport doen. Renunciare.

Rapportéren. Reportare, referre.

Rapporteur. Renunciator, enarrator. & Commentator, expositor causę sive litis,

Rate. Rata portio. **Na rate.** Pro rata, pro parte rata habita ratione proportionis, pro rata portione.

Ratificéren. Ratum facere, firmare. & Ratum habere.

Ravelingh.i.contrescharpe. Sepimẽtum militare aggere & fossa circumdatum ante muros sive portas, promurale, antemurale, vallum antemuranum, *I. Lips. ex Am. Marcell.*

Real. Drachma Attica. *vulgò* Numus regalis, regale numisma.

Reael. Regius, regalis, basilicus. & Magnificus. & Liberalis: & Sincerus, ingenuus, candidus.

Reaelick. Regiè. & Magnificè. & Liberaliter. & Sincerè.

Rebel. Rebellis, contumax, perduellis, qui à republica defecit.

Rebel zijn. Rebellare, rebellionem facere, à republica deficere vel desciscere.

Rebellie. Rebellio, contumacia, perduellio, defectio.

Rebelléren. Rebellare.

Recapitulatie. Anacephalæosis, epilogus, peroratio.

Recapituléren. Capita rerum summatim repetere.

Receptie. Acceptilatio.

Recept. Pharmacum.

Recerce. Inquisitio, disquisitio.

Reciproke. Reciprocus. & Mutuus.

Recoléren de gye-tuygen. Testes revocare, repetere.

Recommandéren. Commendare. **sich recommanderen aen yemanden.** Salutem alicui nuntiare, vel annuntiare, impertire alicui salutem. & Se suaq; alicui commendare.

Recommandatie. Commendatio, literæ commendatitię, salus.

Recompense. Pensatio, pensitatio, compensatio.

Recompenséren. Pensare, pensitare, compensare, rependere, repensare, remunerare, paria facere, retribuere.

Reconciliéren. Conciliare, reconciliare, reducere in gratiam.

Reconventéren. Referre litem, judicium, actionem.

Reconventie. Relatio actionis, petitio mutua. *vulgò* reconventio.

Recours. Refugium, subsidium.
Recouvréren. Recuperare.
Recouvrement. Recuperatio, reparatio.
Recreantie. Vindiciarum præjudicium, vindiciæ, vindiciæ temporariæ, fiducia, possessio fiduciaria.
Recreatie. Oblectamentum, oblectatio, animorum remissio, laxatio, relaxatio, recreatio.
Recreatif. Iucundus, jocosus, festivus, amœnus.
Recreéren. Oblectare, reficere, recreare.
Rectoor. Rector, gubernator.
Rectoor van de schole. Gymnasiarchus, gymnasiarcha, moderator vel gubernator ludi, scholæ, academiæ.
Redit. Repetitio iteratio. *q.d.* redictum.
Redresséré. Erigere: & Reponere: & Corrigere, emendare.
Reële executie. Præsens exsequutio, exsequutio juris subitaria.
Reëlick. Re ipsa, ipso facto.
Referendaris. Relator, enarrator, expositor causæ.
Reformréren. Reformare, vertere in meliorem statum, in ordinem ac statum decorum restituere.
Reformatie. Reformatio, censura, subscriptio censoria.
Reformateur. Censor, morum magister, disciplinæ magister.
Refusséren. Abnegare, denegare, recusare, refugere, detrectare.
Regael./reael. Regius, *&c.*
Regael papier. Charta regia, Claudiana, Imperialis, macrocolum, charta major.
Regaelick. Regificè, regiè.
Regard. Aspectus, conspectus, respectus, circumspectus, us, obtuitus, obtutus, inspectio, ratio, cura.
Regard nemen. Adspicere, observare, animadvertere, considerare.
Regent. Rector, moderator, præceptor. & Gymnasiarchus.
Regente. Rectrix, moderatrix.
Regéren. Regere, gubernare, moderari.
Regiment. Regimen, gubernatio, moderatio, regnum, principatus.
Regiment van ooghs-volck. Legio. *vulgo* regimentum.
Reginnent hebben. Potiri rerum.
Regiment-heer/regiment-meester. Censor, magister disciplinæ, magister morũ.
Register. Catalogus, matricula, elenchus propriorum nominum, album, commẽtarius, commentarium, codex rationalis & Regestum, tabulæ. *vulgo* registrum.
Register van den hoop-dagh. Tabulę auctionariç.
Register. Elenchus, index libri, syllabus.
Registers. Tabulę, perscriptiones, regesta, literæ publicæ, *vulgo* registra.
Registers van ooghelen. Pleuritides regulæ regulæ laterales.
Registréren. In commentarios referre, redigere in acta vel in codicem, redigere in tabellas, redigere in literas publicas, adscribere, referre in tabulas, in librum.
Register-klerck. Librariolus, amanuensis, commentariensis.
Repu/repnken/repnaerd/ renaerd. Vulpes.
Relaes. Oratio, sermo, narratio, relatio, relatus, us, renuntiatio.
Relaes doen. Orationem habere, orare, narrare, recitare.
Relatéren. Referre, recitare, narrare.
Relaxéren. Relaxare, remittere.
Relief/relef/relefve. Reliquiæ cœnæ vel prandij, analecta.
Relef. Honorarium quod novus vasallus patrono introitus causa largitur, *vulgo* relevium.
Relevéren. Relevare. **Sich doen relevéren te hove.** Diplomatis privilegio allevari, litẽ diplomate interpellare, causam repetere impetrato diplomate, retractare causam codicillari venia, diplomate litem sarcire, petere restitutionem in integrum.
Relevéren de partije. Actionem restituere, restituere eum qui causa ceciderat, in integrum restituere.
Relevéren sijn appellatie. Appellationem exercere, provocationem denuntiare provocato & judici à quo ad curiam

appellatum est, diem judici dicere ob rem perperam aut iniquè judicatam, & eum ad curiam diplomate provocare secundum quem judicatum est.

Relevement van t'hof. Restitutio diplomatica, restitutio in integrum.

Relief. i. releef. Analecta.

Religie. Religio, pietas. (pius.

Religieus. Religiosus, religionis cultor,

Reliquie. Reliquiæ, arum.

Remonstrére. Commonstrare demonstrare, proponere, significare, ostendere.

Remonstrancie. Demonstratio, judicium.

Remburséren. Præstare quod factum est, impensæ refundere.

Remedie. Remedium, medicina, antidotum antidotus, medela, salus.

Remedie. Sacoma, ponderis aureorum nummorum supplementum.

Remediéren. Mederi, medicinã adhibere, remedium ferre, consulere, providere.

Remis. Impunitas, venia errati, remissio, *apud Ecclef*

Remis gheven. Eximere noxæ, pænam remittere, gratiam criminis facere. *vulgò* remissionem dare.

Remis-brief. Codicilli veniales.

Rempart. Munitio, munimentum, vallum acclive, promurale, antemurale.

Remonstréren. Monstrare demonstrare, commonstrare, indicare, ostendere, proponere, significare, declarare, probare, docere, monere, suadere.

Remonstrancie. Demonstratio, significatio, declaratio, indicium, probatio, documentum, admonitio.

Rencontre. Offensio, occursus.

Rencontréren. Offendere, occurrere, occursare, obviam fieri.

Renonciéré. Renunciare, negare abnegare, ejurare, desistere, abdicare, abrogare.

Renvoy. Remissio, relegatio, trãslatio fori.

Renvoyéré. Remittere, relegare, trãsferre.

Reparéren. Reparare, reficere, resarcire, instaurare, præstare detrimentum.

reparatie. Reparatio, refectio, instauratio.

Repas/rapas. Pagus, vicus, viculus.

Repas. Pastus, refectio,

Replijcke. Iteratio, repetitio, replicatio.

Replijcke. Replicatio, contradictio, actoris responsio ad rei exceptionem, actio secunda.

Replicéren. Replicare, referre, repetere, iterare. & Refutare.

Repraesalie. Androlepsia, clarigatio, pignoratio, violenta repetitio: *vulgo* represalia

Representéren. Repræsentare, in conspectu, in oculis, ante oculos ponere, exhibere, proferre in medium: & Agere: & Imitari.

Reproche. Exprobratio, opprobrium, objectatio, refutatio.

Reprocheéren. Exprobrare, improperare, refellere, refutare, infamare, arguere, ignominiæ aut criminis coarguere: & Testes rejicere.

Republijcke. Respublica: & Politia.

Reputatie. Æstimatio existimatio, dignitas, auctoritas, fama, bona fama, nomen.

Requeste. Libellus, postulatum libellare, libellus supplex: & Postulatus, postulatio, postulatum, petitio, imploratio, rogatio, preces principi oblatę.

Request-meester. Magister libellorum, prętectus libellis supplicibus.

Reserveren. Reservare, asservare.

Reservoy. Secluforium, recluforium, piscium, nassa.

Residentie. Habitatio assidua, assiduitas, assiduum obsequium vel ministerium.

Residéré. Habitare, domicilij sedem figere: & In assidua esse functione.

Resignéren. Resignare, abdicare se ultro, per manus alicui tradere munus aut sacerdotium: & Ejurare.

Resignatie. Ejuratio.

Resistentie. Resistentia, repugnantia, obstaculum.

Resistéren. Resistere, obsistere, repugnare, obstare.

Resolvéren. Resolvere, discutere, decernere, statuere, constituere, concludere, definire, determinare, discutere, deliberare.

Resolutie. Definitio, decretum, statutum, sententia.

Resozt van recht. Iudicatus, conventus, us. *vulgo* resortitio, resortitium.

Resozteren. Accedere: & Resortiri, jura petere, cadere sub judicium. **Resozteren onder Antwerpen.** Cadere sub judicium senatus Antwerpiensis, jura petere à senatu Antwerpiensi.

Respect. Respectus, consideratio, ratio, observatio.

Respect hebben. Spectare aliquem, rationem alicujus ducere vel habere.

Respectivelick. Vltro citroque, ut utrique est consentaneum.

Respondat. Fidejussor, consponsor, adpromissor, confirmator, sequester.

Respondentie. *i.* **correspondentie.**

Restituéren. Restituere, reddere.

Restooz. Restitutio.

Restooz doen. Restituere, reddere.

Restrictie. Moderatio, prescriptio, præscriptum.

Retozijcke. Rhetorica, ars benè dicendi.

Retozijsijn. Rhythmicus poëta, rhythmicus rhetor.

Retractêren. Retractare: & Recognoscere. & Recantare, palinodiam canere, revocare. & Delere.

Retret/retrept. Receptus, us.

Revence/revanche. Repetitio lusus, certamen revincendi causa instauratum: certaminis sive lusus repetendi copia.

Revengie. Vindicta, ultio.

Reverentie. Reverentia, observantia, honos, honor, cultus, genuflexio.

Reverentie doen. Venerari, revereri, colere, observare, genuflectere, habere honorem, afficere honore.

Reversale. Reciproca cautio.

Revocêren. Revocare, retractare, mutare quod factum aut dictum est, infectum facere quod factum est.

Revelatie. Revelatio, prophetia, cælitus vel divinitus oblata species, apocalypsis

Revisie van t'proces. Recognitio rei judicatæ, judicium instauratívum, litium postliminium rei.

Revisoor. Arbiter honorarius, ab utraque parte constitutus.

Revolte Revolutio. & Defectio, ad hostes transitio, turba, tumultus.

Revoltêren. Revolvere, invertere. & Ire in defectionem, rebellionem facere, ad adversarios transire.

Revolutie. Replicatio, circulus, orbis, rotũdus ambitus, cõversio, *vulgo* revolutio.

Revolutie der sonnen. Solis conversio, decursus, recursus.

Rigeur. Rigor, severitas.

Rigoreus. Inclemens, præfractus, severus, durus.

Rigoreuselijck. Acerbè, acerrimè, duriter, inclementer, severè, rigidè.

Rijvêren den naegel. Clavum obtundere.

Robijn/rubijn. Carbunculus, pyropus, lapis ignei flammeive coloris.

Robijn-sack. Æruscatio, mala ars qua pecuniæ corraduntur: præstigiæ: gemmarum mangonium: & Mendicatio, mendicabulum. *q. d.* saccus carbunculorum adulterinorum.

Rondelle. Parma, orbis cavus.

Rongnie. Scabies.

Rubijn. *i.* **robijn.**

Rubrijcke. Rubrica, terra rubri coloris, minium.

Rubrijcke. Miniata litera, scriptura rubea; & Titulus.

Ruine. Ruina, casus: & Exitium, excidium, pernicies.

Ruinéren. Everlere, pervertere, excindere; demoliri, perdere, vastare.

Rustier. Rusticus, agricola.

S

Saccagêren. Depopulari, prędari, depręda ri, diripere.

Saccagie. Depopulatio, direptio.

Sackeboet. Tuba ductilis.

Sacre/sacret. Falco sacer, sacellus, hierax, aquila leporria, melanaëtus, valeria, accipiter Cretensis Buteo, treorchis. *ut putat P. Bellon.*

Sacrament. Mysticum sacrum: sacramentum, *apud Eccles.*

Sacrament huysken. Sacrarium.

Sacrificie. Sacrificium, immolatio, hostia, victima, piaculum.

Sacri-

ſacrificie doen. Sacrificare, immolare.
ſacriſtije. Sacrarium, ſáctuarium, adytum.
ſacriſtije/ treſorije. Cimeliarchium ſacrũ.
ſacriſtij-meeſter. Sacrarius, hierophylax, hierophanta, cuſtos ſacrorum, myſtagogus. *vulgo* ſacriſta.
ſaffer. Lapidis genus, unde color cæruleus conficitur.
ſaffier. Sapphirus, ſyrtites. & Cyanus, gemma colore cęruleo.
ſaftier/ ſavetier. Sutor veteramentarius, ſuppactor, cerdo.
ſaillje. Saltus.
ſaillje. Eminentia, projectum, podium.
ſaiſine. Manus injectio. & Poſſeſſio.
ſaiſineren. Manum injicere, occupare, apprehendere.
ſalade. Caſſis, galea.
ſalaris. Merces, præmium. *vulgo* ſalarium.
ſalette. Aulula, cœnatio.
ſalamander. Salamandra.
ſalomons ſeghel. Polygonaton, ſigillum Salomonis, *herba genus.*
ſaluatie. Contradictorum diſſolutio. (tio.
ſaluatie van bzieve. Tabularum confirma-
ſaluatie van ghe-tuyghen. Exornationes & commendationes teſtium.
ſaluatie gheven. ſ. ſaluéren.
ſaluéren. Servare, ſalutem dare, cuſtodire, ſalvum facere.
ſaluéren/ ſaluatie gheven. Argumentis refellentibus auctoritates reſcribere, maledicta probroſa in teſtes diluere, fidem teſtium calcatam obtritamq; ſublevare, teſtes & teſtimonia confirmare, contradicta diſſolvere, teſtium vel teſtimoniorum obtrectationibus reſcribere.
ſalupt. Salus.
ſalupt. Salutianus, genus aureæ monetæ.
ſamblancie ſ. ſemblancie.
ſandael. Sandalium.
ſappine. Tyrrhenicum ſive Hetruſcum ſandalium, *crepida genus, Italis & Hiſpanis uſitatum, edito admodum ſolo vulgo* ſappinus.
ſardijn. Sarda, trichia, trichis. *genus piſciculi.*
ſarpcliere. Segeſtre, involucrum.
ſater. Ratis.
ſaturnus. Plumbum *dicitur chymiſtis.*
ſaveraerd. Condimentum.
ſavetier. ſ. ſaftier.
ſavope. Braſſica Sabauda. *vide Nomenclat.*
ſavooz. ſ. reſervooz.
ſaube conduyt. Commeatus tutus & liber, fides publica interpoſita, interpoſitio fidei publicę, pactum tranſitionis. *vulgo* ſalvus conductus.
ſaube-conduyt geven. Recipere aliquem in fidem publicam, alicui tutum commeatum concedere.
ſaube-conduyt bzief. Diploma tuti & liberi commeatus, ſymbolum.
ſaube-garde. Clientela, tutela, protectio, fides libera & tuta, publica cuſtodia. *vulgo* ſalvagardia. **In ſaubegarde ſich ſelven geven oft ſtellen.** Dare ſe alicui, dare ſe in alicujus clientelã, commendare ſe alteri in clientelam: in cuſtodiam alterius ſe tradere, conferre ſe in fidem & clientelam alicujus.
ſcandaliſéren. Offendere aliquem. & Culpæ damnare aliquem, exprobrare culpam alicui.
ſchappéren. Aufugere, effugere.
ſchapulare. Capitium exomis, collobium, veſtis ſcapularis. *vulgo* ſcapulare.
ſcharpe. Anteris, tibicen.
ſchiatica. Iſchias, iſcion, iſchiadicus morbus coxarius, ſive coxendicus morbus.
ſchrijftozis. Theca calamaria. *vulgo* calamarium.
ſchrijfture. Scriptura.
ſchrijfture in recht. Libellus.
ſchrupel. Scriptulum, ſcripulum. & Scrupulus. & Religio.
ſchrupuleus. Scrupuloſus. & Religioſus.
ſebeſten. Myxa, myxarra. *vulgo* ſebeſten, fructus arboris inſtar pruni.
ſee. Vinum Hiſpanienſe.
ſecours. ſ. ſecours.
ſecrét. Clandeſtinus, clanicularius. & Secretum, arcanum, abditum.
ſecrét. Latrina.
ſecrete plaetſe. Abditum, receſſus, locus ſecretus.
ſecreten raed. Privatum conſilium, ſanctius

ctius interiusque consilium, intimum consilium, intimus senatus.

Secret man. Homo arcanus, qui quæ audit, tacet: taciturnus.

Secretaris. A secretis, ab aure, ab epistolis, amanuensis curiæ, scriba curiæ, civitatis, principis, magistratus, *vulgo* secretarius, auricularius.

Secretelick. Abditè, celatim, clàm, clanculum, secretò.

Secte. Secta, hæresis, factio.

Seduar/sedoar. Zeduaria, zerumbeth.

Semblancie. Vultus, facies, species, similitudo, forma, simulacrum.

Semblancie maecken. Simulare.

Semibreve. Nota Musices constans unica mensura. *vulgo* semibrevis.

Semifuse. Decima sexta pars mensuræ musices, nota quæ celerrimè canitur, & binis uncis designatur: *vulgo* semifusa, semifusilis.

Semiminime. Nota musica designans quartam mensuræ partem.

Senaet. Senatus, curia, ordo amplissimus.

Sentẽtie. Sententia. & Iudiciũ. & Censura.

Sententie geben. Sententiam pronuntiare, judicare.

Hault-crape. Cornix fera & agrestis *major reliquis est, color ei partim cinereus, ad albedinem vergens, partim fuscus, ut in capite & collo, ala variis mixtim coloribus tincta, degit in Sylvis. Peucerus.*

Een roeck. Cornix granivora, *est rostro albo, cætera nigra. Hanc* σιτολόγον, Frugilegam, *Arist. nominat.*

Steen-craepe. Pirthocorax, *id est,* cornix rupĩum: *quod in rupibus degat & nidificet.*

Schyte-craepe. *Oceani Germ. accola, fortè quasi* clamosas cornices, *vel nomine per onomatopœiã facto, cornices quasdã appellant, quæ Aquilam marinam sequuntur, & reliquas ejus vorant.*

E

Eendt-vogel. Anas.

Die Woert. Anas mas. *Avis amphibia, à natando appellata, quæ & Græcis νῆττα vel νῆττα dicitur, à νήχεσθαι, quod est natare.* Cicures, *sunt* anates domesticę, *&* sylvestres *seu* feræ, **tamme/ eñ wilde endtẽ/** *diversorum generũ.* **Eẽ Slupf/ Slub.** Boscas, anas sylvestris: *est rostro latiusculo, ad quandam cochlearis speciem, minor anate, colore cinereo nigredine variato.*

Smiente. Penelops. *Et hæc minor est anate, sed insigne habet puniceo colore collum.*

Eẽ Teeling. Querquedula: minor Boscas. *Per onomatopœiã sic nominata videtur. aut fortassis à* querquero, *id est, frigido & hyemali tẽpore, quo maximè appareat Lactantius, ut febris querquera, inquit Lucilius.*

Pyl-steert. Glaucium, *dicta avis ab oculorum colore, habet enim oculos glaucos, paulo minor est anate.*

Spieghel-eent/een wit blauw eendt. Anas fera torquata minor.

Muggen-eendt. Anas muscaria, muscas supra aquam volantes captans.

Stoer-eent. Anas fera torquata major, *hoc est,* anas scrutatrix, *quod rostro fodiens fundũ, arenã & herbas, victũ sibi perscrutetur.*

Een pyp-eendt. Anas fistularis, *à sono acutiore, quẽ fistulæ modo emittit, denominata. Tota quidẽ ponatur anas, sed pectore tãtum, & cervice sapit, cætera redde coco. Mart. li 13*

Een duycker. Mergus, *avis columba minor, ab* immergendo *dicta. Victum enim ex aquis conquirit, se immergens.*

Swarte duycker. Colymbus, mergus niger, fulica.

Iis-duycker. Mergus glaciei, *vel* brumalis, *quem &* Mergum varium *appellãt,* albo nigroque distinctus.

G

Gans/ Gent. Anser mas.

Goes. Anser fœm. *Anseres bonitate jecoris præstant, Plinius.*

Ael-ganser. Anguillarum devoratores, anseres qui toti sunt nigri.

Glauco-

Grauw gans. Est cinereus major, *qui a colore vulgò* **grauw-Gans** *dicitur. Est ejusdem coloris at figura minor, qui propter corporis levitatem altiùs ac longius volat.*

Boom-gans. Anser Bassanus, sive Scoticus. Anserem arboreum *vocant vulgò. Est Anseri minor, sed eundem tamen voce & formâ referens. Nidificat in mari Scotico, in rupibus excelsis insulæ Bassi* **Snee gans/ Hagel-gãs.** *vulgo* Anseres nivis *sive* grãdinis *vocantur, Estq; hoc genus Anserum totum albũ, præter alarũ extremas quatuor vel quinq; pennas, quæ nigerrimæ sunt. Dicuntur* **Snee-ganſen/** *quod sub initium hyemis minimum bus jam nobis nivibus, migrare soleãt. Sunt sanè qui Anserem nivalem longè vivacissimum esse putant, ita ut ætatem maximè longævam significaturi, vulgo dicant :* **Soo oudt als een snee-gans/** *hoc est, tam provectæ ætatis quam anser nivalis.*

Swemmer-ganſen. Phalacrocoraces, anseres natantes : maculam habent in medio capite. *Hinc fortassis nominantur. quia φαλακρὸς existimatur dici. quasi ὁ τὸ ἄκρον ψιχων φαλὸν, id est λαμπρὸν; aves Bataviæ insulis peculiares. A quibusdam* Aquatici corvi *appellantur.*

Trap-gans. Tetraon. *Decet (inquit Plinius) Tetraonas suus nitor, absolutaq; nigritia, in supercilijs cocci rubor.*

H

Habick. Accipiter. *Appellatio communis est omnibus propemodum avibus rapacibus. Genera accipitrũ magnitudine, formâ & venandi modo inter se differunt.* **Buzart/ Bupsard.** Buteo. *Genus præcipuũ Accipitrum, a rustica quadam & vilignavia & tarditate : Nam telo petitum, non ad primum vel secundũ ictum, sed vix ad tertium cadere aiunt. Quæ Buteonis pigritia proverbio occasionem præbuit, quod in homines, aut diutiùs ad mensam aut alibi otiosè desidentes, torquetur.* **Hy sittet als een Busard.** Buteonis instar sedet. *Item* **Hy is wel te schieten.**

Duyven-balcke. Accipiter palumbarius, Falco columbarius. *Palumbes imprimis persequitur.*

Meerlin/ Smeerlin. Æsalo, vel Æsalõ, Æsalus. *Genus Accipitris, qui solus omni tempore apparet, cùm cæteri avolent. In quo Aristoteles a Plinio dissentit, illudq; Triochi tribuit.*

Sperwer. Accipiter fringillarius : *qui a recentioribus* Nisus *vocatur.*

Steen-smetzer. Tinnunculus Accipiter. *Qui &* **Wannen-waher.** *appellatur, quod alas Tinnunculi extendant, ventilentq; instar ventilabri, quod* vannum *nominant.*

Wachtel-habick. Accipiter qualearius, qui coturnices venatur.

I

Ijs-vogel. Alcyon, & Halcyon, *avis appellata. παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quod in mari pariat. Latinè* Alcedo. *Germani vera Alcyonis appellatione carent. Nam* Ispida (*quæ nomen a sono vocis habet*) *propriè dicitur,* Avis glacialis. **Ijs-vogel :** *Per hyemem enim apud nos manet, & circa aquarum ripas glacie contractas degit.* Ispida avis *est maximè solitaria, pennarum venustate pulcherrima, colore medio inter viridem & cæruleum.* Halcyones marinæ *raro apparent in littoribus, paulo majores passere, colore cæruleo, viridi & sub purpureo mixto, rostro longo, tenui & luteo. Idem utrisque nomen, quod in glaciali hyeme nidificent, pullosq; excludant. Vide Plinium de hujus avis speciebus. Nidificant in scopulis maris, & incubari ovis, ac excludere pullos, in media solent bruma : quo tempore mare, tanquam inserviens illis incubantibus, quietum est & placidum per quatuordecim dies, septem ante brumam, dum scilicet incubant, & septem a bruma, postea quam pulli exclusi fuerint. Quibus quidem diebus ea tranquillitas non semper quolibet in mari contingit, at in Siculo mari ferè semper. Plerius. Hinc proverbium : Halcyonios agis dies : de tranquillam & otiosam vitam agentibus. Nam hi dies, quibus Alcyones incubant, & pullos educunt, dicuntur, ob eam tranquillitatem,* Halcyonides, Halcyonii dies, & Halcedonia, orum.

L

Lijster/ Lijster-vogel. Turdus. *Avis nota, inter primas a Jove bonitate, insignita Martialis lib. 13.*

Inter aves Turdus, si quis me judice certet

Inter quadrupedes, gloria prima lepus.

Aristoteles Turdorum tria facit genera. Vnum viscivorum, quod Aristoteles ἰξοβόρον, Athenæus ἰξοφάγον nominat: Pica est magnitudine, nec nisi visco atque resina vescitur. Hinc proverbium: Turdus ipse sibi malum cacat. Si quidem visco capiuntur aves. Viscum autem, attestante Plinio, non provenit nisi maturatum in ventre, ac redditũ per avium alvum maximè Palumbium & Turdorũ. Alteram, Trichada, *Gaza* pilare *vertit. Hoc genus,* Avem juniperorum *vocant, quòd earum baccis pascatur, magnitudine est Merulæ Germanis* Turdum pilarem *vocant,* een Kraunmetz-vogel/ Wacht-holder-vogel. *Turdi tertiũ genus,* Iliacum *dicitur, Turdorum minimum, minusq; maculis distinctum. Theodorus & Athenæus* ἰλιάδα, *alij* τηλάδα *nominant. Est congregale, & Hirundinum modo nidificat, vulgò* Wyn-dzoessel/ *quòd uvis vescatur. In vinetis enim sub autumnum frequens est, & capitur. Ejusdem generis est, quam aliqui* Turdelam *tanquam Latinè nominãt. vulgò* eẽ Dzoessel: *avis præ cæteris musica. Eberus & Petcerus,* een Sang-dzoessel/ Sang-lijster/ *id est,* Turdum musicum, *ad differentiam* Turdi Iliaci, *superioris, quem aliqui* Root-dzoessel. i. Turdum rubrum, *appellant.*

Lepeleer. Pelicanus, Platea: *à cochleari, cujus similitudinem quandam Pelicani habet rostrum. Pulli Pelicanorum parentes ubi consenuerint pascunt: veluti Ciconiarum etiam & Herodiorum pulli, quòd in ipsis nutriendis singulari benevolentia parentes utantur prius, Cùm enim aliunde cibus non supperit, esculenta quæ priùs ederant, evomunt, & ad educandos pullos convertunt, & ad volandũ imperitis ipsis duces sunt. Ælian. Quæ de Pelicano peregrina avis pictores finxerũt, & à quibusdã literis prodita, quod mater rostro pectus aperiat, sanguinemq; super pullos suos mortuos effundat, ut eos vivificet, nullo affirmari experimento possunt.*

M

Meerle. Merula. *Avis tota nigra, propter cãtum pretiosa sed circa solstitium muta.*

Dzaechmeerle. Merula novalis, *novali ũ quod in novalibus agris ferè degat, & circa loca palustria, rostro & cruribus oblongis.*

Dzupn-meerle. Merula fusca, *ex genere Merularum, quæ similis est nigræ: sed fusca colore, & magnitudine paulo minor, saxa incolens, non canora.*

Ringh-Meerle. Merula torquata. *Linam habet albam sub gutture versus pectus, quæ totum ejus collum ambit. Id genus circa montes reperitur, vocaturq; ab aliis* Merula sylvatica, *aut* montana.

Steen-meerle. Merula saxatilis, *in saxis habitans, & propter cantum pretiosa.*

Water-Meerle. Merula aquatica. *Vescitur vermiculis aquaticis: Hanc Turnerus cornicem aquaticam nominat, & in Alcyone describit eam Sturno paulò minorem.*

Witte-Meerle. *Aristoteles in Historia animaliũ, & hũc secutus Plinius, testãtur, quod* Merulę *circa Cyllenẽ montem Arcadiæ, nec usquam alibi,* candidę *nascuntur. Albicant Merulæ, at & Monedulæ in Norvegia. In Helvetia quoque captæ sunt albæ Merulæ, rostro tamen flavente, quod Gesnerus affirmat.*

Meeuwe. Larus, λάρος. Graviam *transtulit Gaza Avis avida & vorax. Gaviæ albæ sunt albæ aliæ cinereæ.*

Larus cinereus, *vel* Gavia cinerea, *(plus enim cinerei habet, quã reliqui) circa aquas dulces degit, & ad flumina lacusq; ascendit, quærulaq; semper est & clamosa, piscículos captãs, & vermes ad ripas lacuum* een Meeuwe.

See-meeuwe/ Larus marinus albus, *in mari circum volitat, Fulicis conjunctus.* Catarrectes, Larus marinus, *maximus in Larorũ genere, Milvo ferè æqualis, qui cadaveribus etiam hominum vescitur. Alij* Mergum magnum *nominant:* eẽ Scholver/ Scholfert. *Est & alia species Lari,* Sterna *appellata, quæ marinis Laris ita similis est, ut sola magnitudine & colore ab illis differre videatur. Est enim ille Larus, marinis minor & nigrior. Volat ferè perpetuò super lacus & paludes, nũquam quiescens, sed præde semper inhians. Frisij quoque hanc avem* Stern *appellant, estq; apud illos fusci coloris, & improbè clamosa. Vide adagium:* Larus parit.

Opevaer/Oulvevaer. Ciconia, *Græcis* πίλαργος *dicitur, ab albis nigrisq; pennis,* πελὸν *enim nigrum,* ἀργὸν *candidũ est. Ciconiis non inesse linguas observatũ est. Ideoq; earũ vocem murmurationi potiùs esse simillimam, quàm clangori. Abites hæ parentes, solà benignitate naturæ, nunquam deserunt. Senectutem eorum curant, nec patrem nequem matrem errare huc illuc cibi causa patiuntur, & dant operam ut eorũ labore pascantur, quos ipsi genuerunt, educarunteq;. Vnde prudentissimum illud* ἀντιπελαργεῖν *usurpatũ in adagiis. quod significat mutuam officii vicem rependere, maximè nutricandi fovendiq; eos, à quibus aliquando fueris enutritus aut instructus. Ciconias non solum in ædium fastigiis & acroteriis, sed in altissimarum quoque abietum verticibus nidificare comperitur, quam vis quonam è loco venirent, quóve se referrent, Plinij tempore incompertum erat. Etenim sive discedant sive adveniant, observantes fallunt, quòd nocturnis temporibus utrumque aggrediuntur: venisse igitur nõ venire videntur. Ex Africa ad nos usque profici sci, multorum non incerta opinio persuadet. Ante abitum certo in loco congregantur, ex omniq; provincia omnes in Vnũ coguntur, consilia quasi publica de abitione incuntes, ac cõmurmurantes, & si quam segnitiæ morata est, aut adulterij crimen convicit, eam communibus sententiis dispungunt, occidunteq;*

Swarte Opevaer. Ciconia nigra. *Reperitur in montanis & sylvosis Helvetiæ locis circa Eremum D. virginis, circa Lucernam oppidum & alibi. Forma & magnitudine à Ciconiis propriè dictis non differt.*

P

Paradijs-vogel/luchtvogel. Paradisea vel Paradisa avis, *quam Gesnerus* Apodem Indicam *appellat: magnitudine est Turdelæ, miræ levitatis, pennas habet tenuissimas, cauda & alis in orbem extensis, cùm pedibus careat, haud dubium est, sponte sustinerit vicissitudo etiam, si quid est lassitudinis illam excutere posset. Cibum ei nullum esse putant præter cœli rorem, qui simul sit cibus & potus. Sunt qui nominant,* een **Lucht-vogel/** avem *aëris, sive quod in aëre semper ferè degat, sive quod eo etiam vivere vulgò credatur. Sunt & aves* Paradisi *dictæ, non quia ex paradiso veniant, sed ob insignem pulchritudinem, quæ ita excellunt, ut nullius eis color desse videatur. Captæ gemere non desinunt, nisi in libertatem restituantur. Super Nilo habitant, qui de Paradiso profluere perhibetur, rara alias reperta.*

Pelecaen/ *vide* **Lepelaer.**

Phenix. Phœnix. *Arabiæ avis nobilissima, solitaria, Aquilæ magnitudine narratur, auri fulgore circa collũ, cætera purpurea, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, crista caputq; plumeo apicè coloneſtante. Extat de hac ave Epistola regis Æthiopiæ ad Pontificem Romanũ, quam Cosmographiæ suæ Munsterus inseruit his verbis. In terra mea est Phœnix avis, cujus anni vitæ sunt trecenti. Hæc prope finem vitæ tam altè cœlum versus evolat, ut à sole accendatur: Tum descendens & nido suo se ingerens, totus cõburitur: E cinere vero subnatus vermis, in aliam ejusdem generis avem excrescit. Et Ovidius 15. Metamor. Vna est quæ reparet, seq; ipsa reseminat ales, Assyrij Phœnica vocant, &c. Videomnia quæ de Phœnice, seu fabulosè seu verè prodi solent, apud Lactantiũ, in carmine, inscripto, Phœnix.*

R

Repger. Ardea. *Dicta videtur quasi ardua, quod altè volat. Nam cùm tempestatem præsentit, altè supra nubes volare dicitur:* Item, *cũ accipitrẽ fugit. Estq; diversorũ generũ avis.*

Blauwe ofte grauwe repgher. Ardea pulla, cinerea, *vel simpliciter* Ardea, avis Diomedæa.

Witte Repger. Ardea alba, Leucon, *ab albedine dicta.* Ardeola pelas *appellata, quòd non ita in altum volat, ab adverbio* πίλας *propè, quæ Græcis* ἐρωδιὸς *dicitur: ea de cortuta angitur, ut sanguinem ex oculis emittat. Grammatici dictam volunt* παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι βατρέβειν *quodm paludosis & humidis locis versetur, quasi* helodium *dicas.*

Bundte Reiger/ Putoor/ Roerdomp. Ardea stellaris minor, *Græcis* ἀστερίας, *quod punctis tanquam stellis elegante picta distinctaq; sit, Recentiores* Butorium *vocant, & cum Onocrotalo hæc Ardea ab imperitis confunditur, quoniam ut Onocrotalus vocem absonam & horribilem emittit. Vide*

infrà **Vogel-yein. Giet-reiger.** Ardea arundinum: *quod inter arundines degere soleat, à diverso sonitu quem edit: aliquando enim rostro in cavo aliquo terræ inserto sonat, alij arundini alij aquæ rostrum cum mugit inserere cũ putant. Sunt qui aquam rostro haurire dicant, & rursum emittere. Ardeæ quoddam genus compositum videtur ex ardea pella & stellari. Id Gesnerus appellat.* Ardeam stellarem majorem.

S

Snepype. Rusticula, perdix rustica major, Gallinago, ficedula, Ficedulam *appellant* **Sneppe/** *quod avidissimè hiantibus faucibus muscas captet & culices. De alia verò Ficedula sensisse videtur Martialis quod scripsit li. 13. Quũ me ficus alat, quũ pascar dulcibus uvis, Cur potius nomen non dedit uva mihi? Gesnerus hanc avem Currucæ vel atricapillæ simillimã scribit, aut potius Erithacũ eam esse.*

Heut-sneppe. Rusticula sylvatica, mensarum deliciis maximè nobilis.

Poel-sneppe. Rusticula minor: Gallinago minor, *ad stagnorum crepidines frequens avicula:* Delicias mensarum, & Heroum dapes *vulgò nominamus.*

Strups/vogel-strups. Struthocamelus, *non* Struthiocamelus, *inquit Gesnerus: Latini recentiores.* Struthionem *vocant. Avis Libyca prægrandis, crura ei alta, similia cruribus Camelorum. In altũ porrigit caput quidem exiguũ cervicem vero magnam & proceram, molles plumæ, ungula fissa, magnitudine propemodũ bubuli.* Struthocamelus. *ambiguus est inter terrestria & aëria. Verè enim volucris non est, quæ nequaquã propter vasti corporis magnitudinem, ut volucris, tollere se humo potest: Pennæ autem alæq; illi ob id tantũ à natura datæ ut cursũ adjuvẽt, pernicissimè enim currit, ut ex Xenophonte liquet. Magnæ soliditatis avis: Nam cùm avium sit grandissima, ita ut altitudinẽ equitis equo insidentis excedat, tamen si colla tantùm fruticibus occultaverit, latere se totam existimat, cum reliqua magna admodũ corporis moles in aperto relinquatur. Quanquam Diodorus id nõ ex stupore fieri contendat, sed quia sit sibi cõscius, habere se caput admodum debile, occultare id*

quamprimũ studeat. Ferrum cõcoquere aiunt, quod ob caliditatem vehementem, & ventriculi contingit crassitudinem. Absurdum id penitus esse Cardanus probat. Idem affirmat Albert. Ferrum, inquit, à me pluribus hujus generis avibus objectum est, quod illæ devorare noluerunt: ossa tamẽ magna in breves partes truncata, & lapides avidè comederunt.

Swane. Cygnus *Ab Aristotele dicitur* κελαλίπαις & πολύπαις, *quia plures producat & speciosos fœtus. Item* εὐγηρως, *quòd ad senectutem satis commodè & non gravem sibi perveniat. Latini* Olorem *dicunt* Iunius **Hupler** *cum propriè dici putat, à quirula voce. Secundũ alios* Olor, *quasi* ὅλος ἀρῆϊος, totus pulcher: cygnus, *à* κύκνος, *id est,* fodere, *vel* turbare, *quod cœnum, alimentum quærens, præ cæteris avibus aquaticis turbare soleat. Moritur i suaviter canunt, quod tamen sine exprimento certo aliquo de ijs proditur. Martialis lib. 13. Dulcia defecta modulatur carmina linguâ Cantator Cygnus funeris ipse sui. Hinc Cygnea dicitur cantio, quicquid vel in Eloquentia vel doctrina alicujus senis, sedatum suave & elaboratum esse videtur. Cygnũ canentem paucissimi audiverunt, etiam si vulgatior fama tenet, ingruente fatali momento, ut inquit Calvus. Ælianus lib. 1. historiæ variæ. Ego Cygnum, ait, nunquam audivi canere, fortasse neque alius.*

V

Valck. Falco. *Avis ex accipitrum genere dicta, quòd ungues mire falcis habeat introrsum flexos. Festus.*

Bergh-valck. Falco montanus.

Boom-valck. Dendrofalcus, *seu* arborarius falco.

Blauw voet-valck. Falco, cui pedes cærulei sunt: Cyanopoda *dixeris.*

Cool-valck. Carbonarius falco, niger.

Groote oft giet-valck. Falco magnus. Hierofalcus, *quasi sacer Falco: quod nomen magnitudinis & virium ergo meretur.*

Hoger-valck. Falco gibbosus, quod brevitate colli & alis eminentibus insignis gibbo videatur.

Roode-valck. Falco rubens: *ex numero majorum est, Falconum, qui cùm mactentus*

est,

est, melius aucupatur.

Steen-valck. Lithofalcus.

Witte valck. Falco albus: *à pennis albis.*

Vogel-yein. Onocrotalus *Græcis vocatur, propter vocẽ absonam, qua rudentẽ asinũ refert: Latini* Ruonem *appellant, Austriacis dicitur* **On-vogel**/ *quasi dicas* Avem absurdam, *& à reliquo aviũ genere multum diversam: sicuti dicimus* **on-menschje**/**on-man.**

VV

Wilde wael. Oriolus: *Avis de genere est Picorũ, dictus ab aureo colore qui ei tribuitur. Recentiores quidã, eundem cũ* Chlorione *esse putant.* Oriolus *autem a sono vocis dictus videtur. Sic enim ferè cantillat,* Orio, Loriot, *vel* **Vierolt.** *Sed varia: vocem, & aliquãdo mstar fistulæ canit, præsertim pluviæ imminente.*

Wil/**Nacht wil.** Noctua. *Vocabulum videtur esse generale de omnibus avibus nocturnis: Sic dicta, quia lucifuga est, & quia seros exercet noctua cantus. Noctua enim noctis domina perhibetur, unde illi apud Latinos nomẽ. Græcis* Noctua γλαὺξ *est, à glauco oculorũ colore.*

Kerck-wil. Vlula templorum.

Kans-wil/ **Oor-wil.** Asio, otus, noctua aurita. *Inter noctuas maxima huic pluma aurium instar eminet.*

Steen-wil. Saxatilis noctua. *quia in rupibus saxisq; versatur. Hac aucupes venantur aves. Est &* Vlula flammeata, *quæ circa faciem mulieris, peplo seu flammeo obvoluta, caput & faciem referat.*

PISCIUM GENERA.

A

Abberdaen. Asellus salitus.

Aal. Anguilla. *dicta ab anguis forma, ut inquit Varro. Gignitur ex limo, algarumq; putredine, imis in lacubus & fluviis, nullo coitu, nulla fœtura, quia neq; ovum neque semen sortita est: capillamentis tamen & lumbricis quibusdam similibus in ventriculo reperiri, non tamen ea unquam animascere comperimus. Anguillæ attenuant se scopulos, ex strigmenta virusculum, nec alia est earũ procreatio Plinius lib 9. cap. 51. Nicander tamen scribit, Serpentem & Anguillã commiscere, & ante congressum Serpentem venenum suũ deponere in litore, ne Anguillæ noceat: Redire autem Serpentem postea ad illud recipiẽdum, quod si præceptum sibi forte nõ inveniat, mœrore ipsũ extingui, quod armis suis spoliatus sit, Capiuntur Anguillæ in aquis turbatis, ex quo manasse puto proverbiũ. Piscari in aqua turbida: quod in eos dicitur, quibus Respublica turbida lucro est, & ex bellis facultates suas augẽt, at pace, legibus arctati, egerẽt*

Palinck/**Grof aal.** Anguilla decumana.

Zee-aal. Congrus, anguilla marina: *piscis oblongus à voracitate dictus. Nam γρῶ significat voro.*

Aelpupt Mustela.

B

Baers. Perca fluviatilis, perca major: *πέρκη, variari: Est enim maculosa, id est, maculis seu lineis notata transversis.*

Kul-baers. Perca fluviatilis minor, *hoc est,* Perca rotunda.

Zee-baers. Perca marina. *Piscis est saxatilis, squamosus, rufi coloris, Græcis πέρκη Vnde Latinum* Perca.

Barbeel/**Koot-baerdt.** Mullus. *Genus marini piscis & fluviatilis, qui quod gemina barba insignitur,* Barbatulus *vel* Barbo *dicitur. Græcis τρίγλα. Trigla dictus, à terno partu: quod piscis hujusmodi ter (at Poëta Cilix ait) anno pariat.* Mullus marinus *in alto degit mari, estq; omnium optimus, succi bonitate & saporis. Alii in marinis stagnis & cœnosis littoribus agunt, idcoq; Lutarij nominantur. Hoc Plinius viliss mi generis Mullos appellat.*

Blije/**Koot-oogje.** Alburnus, piscis candidus, albus: Leutiscus.

Brasem. Cyprinus latus, *vulgo* Brama, Brema, *&* Prasinus. *Piscis fluviatilis & lacustris est, corpore compresso squamis magnis tecto*

Zee-brasem. Bramę, *vel* Bremę marinæ. *Pisces omnes lati sunt & squamosi, quibus Gesnerus plures alios congeneres addit.*

Brupn-visch. Turlio, Phocęna, *Aristoteles Delphinu esse speciem indicavit, magnitudine quidem breviori, sed tamen corpore crassiori. Germani vocant* **meerswijn**/ Suẽ marinũ.

But/oft Bot-bisch. Rombus piscis.

Tarbot/Teerbut. Rhombus aculeatus, *Piscis est planus littoralis, parte pronâ fuscâ, in qua multi sunt aculei circa caput, & à capite caudam versus.* **Steen-but & Tarbot** *idem piscis, Gesnerus.*

Meer-but. Rhombus lævis. *Rhombo aculeato par, demptis aculeis.*

Heil-but/oft Helbut. Pleteletũ, Passerini generis piscis: Passer sacer, *fortè à magnitudine. Nam sacrum, pro maximo, etiam usurpant Græci.*

Buckingh. Halex infumata, vel Arenga passa: & Ruburnus, *fortè à rubente ob fumum colore.*

Bulck! *vide* **Cabeljau.**

C

Cabeljau. Asellus piscis pelagius, *dictus à colore cinereo, ut asinus.*

Graeuken/Gulleken. *Sunt* Aselli minores.

Colf-ooge. Leuciscus: è Mugilum fluviatilium genere.

E

Elft. Alosa, & Alausa. *Piscis marinus est, qui in flumina tamen expatiari solet in vere & æstate.* Clupea & Thrissa *etiam dicitur. In Arari Galliæ fluvio ita Lunæ naturam imitatur, ut ea crescente candescat Clupea, decrescente verò nigrescat. Pierius.*

G

Gaerner/Garnaerd. Squilla gibba. *Hæc Squilla salit, non insedit.*

Gobeken. Gobius, Gobio.

Grundlingh/oft Grundel. Gobius fluviatilis: *Barbaris* Fundulus *dicitur. Gobij & Gobiones pisces sunt vix excedentes palmi longitudinem.* Gobius niger *marinus est,* Gobius albus *itidem marinus.* Gobius fluviatilis, *ut &* marinus, *circa fundum seu vadum aquæ degere solet, ut ab eo* **Grundel/** *id est,* Fundulus, *ut Recentiores quidam loquuntur, denominetur.*

H

Hape. Galeus lævis, Hinnulus.

Hasel-hape. Galeus stellatus.

Toon-hape. Galeus glaucus.

Groote Hond-bisch. Musteli Cetacei.

K

Houte Hond-bisch. Galeus seu Mustelus stellaris.

K

Krabbe. Cancer, Carabus Carcinus.

Kleene Kreesten/oft Krabben. Squillę.

Stekel-krabbe. Pagurus: Cancri marini species est. *Laudatur proverbio pagur sapientia, quia cùm crustam exuit, aculeis armisq; omnibus spoliatum se sentiens, latet, & viribus suis diffidens, nullos aggreditur, quoad costam novam & duriusculam recuperavit.*

Groote Krabben. Maiæ: maximum genus cancrorum.

Kreeft. Astacus, Gãmarus, vel Cammarus.

Zee-kreeft. Gammarus marinus, *Lapilli Gammarorum, quos duos in capite eo habent tempore, quo crustam exuunt.*

Kreeft-oogben/ *quorum ad expellendos renum calculos usus est.*

Steen-kreeft. Astacus saxatilis. *Differunt ab his Cancri: Nam Cancer cauda caret, omnis, cùm Astacus caudatus sit: Errant igitur qui vel Cancrum vel Cammarũ, qui de genere est Squillarũ, pro Astaco usurpant.*

Kinck-hozen. Turbo, Buccinum, Buccinum. *Conchæ minoris nomen est: dictum à similitudine buccinæ vel buccini, è quo sonus emittitur, Buccinæ testas habent scabras, turbinatæ vel in anfractum intortæ sunt. Hujus Concha antiquis tibicinibus idonea fuit.*

Kram-bisch. Torpedo. *Græcis olim νάρκη dicta, quod mucosa ac glabra cute, eaq; molli & frigida contrectantium manu efficiat tremulas. Piscis littoralis ac cœnosus est, corpore afficiens & stupore non pisces modo alios, cum vicinus illis est, verũ etiam homines frigiditate nimia sua. Quin autores sunt, qui pro comperto tradant. Torpedinum hamo captam, malum illud suum in lineam transmittere, inde per arũdinem, moxq; in piscatoris manum diffundi, quo protinus obstupefacto, venatio in irritum cedat. Quæ magica propemodum vis in torpedine considerata, maximam omnibus admirationem afferre videtur.*

Karper. Cyprinus, *rectiùs. Non* Carpio. *Trutæ Salmonatæ genus est.*

Steen-karper. Cyprinus clavatus, *sive* Pigus. *Ita à Mediolanensibus dicitur, quod*

clavis

clavis sive aculeis suis pungat, quasi Picus. Nam & avi Pico, vostro pungenti, inde nomen factũ videri potest. Et Germani adeo **bicken** *dicũt, pro tũdere vel pũgere, vt aves rostro soiẽt.*

L

Lamprey. Lampetra, Mustela, *vel* lampreda: *Piscis labricus, colore cæruleo septem parvis fistulis, mirabili ordine distinctis, acceptam aquam remittens, quem alij* Mustelam stellarem *vocant.* Lampetra *dictus est à* Lambendis petris, *quòd integrum ferè diem, ore succiso denticulis circumvallato, saxis quemadmodum & picatis navium clavis sic inhæreat, vt ea lambere videatur.*

M

Mosselen. Conchæ, Conchylia. *Sed* Conchylium *nomẽ est generale omnibus Conchis. Illud autem Concharũ genus, quo littora oræque maritimæ apud nos scatent,* Mitulos, *vocant,* μύαxυς. *Nam* μύαξ *Conchæ species est, Latinè* Mitulus. *Conchylium tamen nec buccinum est, nec purpura.*

O

Oesteren. Ostrea, æ. *Pisces bivalvij, testa duriore contecti, Concharum generis nobilissima, atque inter lautissimos recepta cibos.*

P

Pieterman. Draco marinus, *quẽ* Araneum *Plinius vocat. Piscis est littoralis, noxiam in dorso spinam ferens. Plin. lib. 9. cap. 48.*

Pijl-steert. Pastinaca. *Piscis marinus, caudam habet oblongam, & in ea aculeum seu radiũ, quo nil est venenatius Græcis* τρῆγον *dicitur, est planus cartilagineus, lævis, sine squamis aculeisq; in toto corpore præterquam in cauda, in qua aculeũ (ut dictum) habet. Germani inferiores vocant* **Pijlsteert**/ *quæ vox sagittæ caudam significat, id est,* caudam sagittatã. *A quibusdam appellatur.* Raia venenata. **Stekel-rochе.** *Ab aculeo sive radio in cauda venato. Venatu detenta, spinam quam in cauda gestat, in raptorem ei aculeatur ictu maximè letali, nisi coagulo leporis vel hædi vel agni drachmæ ponderis ex vino succurratur.*

Posch/ **Post.** Porculus, porcellus. *Piscis est Porcum mentiens, continuæ spinarum serie admodũ setarũ, capite & cauda eidẽ animali non dissimilis. Gesner.* Cernuam *appellat.*

Q

Quappe. Holothuria, orum, *aquatilia sunt, nullum sensus ac motus habentia, quæ cibus idonea nõ sunt, sed in littoribus neglecta jacẽt.*

R

Roche. Raia. *Piscis plurimorũ est generum. Græci* βάτον *vocant, ex eo quod eius cauda aculeis quibusdam armata sit, ad similitudinem rubi sentis, mora agrestia ferentis, qui Græcis* βάτος *dicitur. Piscis est planus cartilagineus, fœcundissimus, fœcunditatis causa est, quod fœtus ejus propter aculeos à paucis piscibus devorari potest. Germani* **een Roche** *nominant, ab asperitate forsan: nam* **Ruych**/ *nobis asperum est.*

Glatte Roche. Raia lævis.

Kamelot Roche. Raia undulata, *sive* Cinerea lævis. *Species prima, à maculis undarum modo flexuosis.*

Steen Roche. Raia asterias, stellata: *à stellularum uncapata pictarum specie.*

Nagel roche. Raia clavata, *ab aculeorũ magnitudine & similitudine cum clavis æreis aut ferreis.* **Een Vleet**/ **Snuptert.** Raia oxyrynchos, *ab acumine rostri, corpore maximo, quam vaccam vulgò vocant.*

Spiegel oft Oogen-Roche. Raia oculata, *maculis oculorum figuram referentibus appellatur. In utroq; enim latere magnam maculam habet oculis similem.*

S

Salm. Salmo. *Piscis ille generosus fluviatilis est, si recens sit, sin salitus,* **Lachs**/ *dicitur. Vocabulum à sale deductum videri potest, quòd hi pisces in magna copia saliri, vel sale muriaq; inveterari soleant, in tomos concisi.*

Lachs. Esox salsus, infumatus. *Putant* **Lachs.** *dici, quasi* Lassum, *à languiditate.*

Jonghe Salm. Salar parvulus. Salmonis fœtus.

Half wassen Salm. Sario, onis: mediæ ætatis Salmo.

Schaede/ **Schaere.** Rhomboides, à Rhõbo paululum differens.

Schelvisch. Asellus callarias: *Dicitur autem* **Schelvisch** *à scabra cute, vel squamata, quia* **Schelle**/ **oft Schelisse.** squama *est. Etenim squamis densis*

contextus est: piscis mari peculiaris, ex Asellorum genere, sed minor.

Schip-beletter. Echeneis, *dicta* ἀπὸ τῆς ἔχειν τὰς νῆας; *à retinendis navibus. Latinis ab eodem effectu* Remora, *à Plauto* Remiligio *vocatur, quia navibus adhærens, remorari eas creditur. Aristotili & Plinio parvus est piscis, non majoris quàm pedalis magnitudinis, limacis magnæ similis navigia stare cogit nullo suo labore, nec alio modo quàm adhærẽdo carinæ, cui pinnas applicans, & in trãsversum dilatans, navis citissima cursum moratur. Gesnerus talem vim* Lampetræ *adscribit, ac Romam proficiscens, id se expertum testatur. Imago est infirmitatis humanarum virtũ quæ à levissimis etiam creaturis, infringi & everti possunt.*

Schoenmaker/Teelt/Tinct. Tincta. *Piscis est palustris & fluviatilis. Et recentioribus quidam* Teucam *aut* Thincam *eum nominant,* Tinca *magis arridet, quasi tincta, colore enim à plerisq; alijs piscibus multum differt, & viridi nigricante quasi tincta videtur. Ausonius* Quis non & virides vulgi solatia tincas Norit. *Hanc natura ipsa videtur in vulgi pauperisq; plebeculæ solatium protulisse.*

Scholle/Platdijs. Passer piscis. *Passeres à colore passerũ avium dictos putant, parte enim supina candidi, prona vero terrei coloris sunt. Passerem Ausonius* Plateſſam *dixit. Nos* **Platdijs** *nominamus, à Græco* πλατὺς, *est enim de genere planorum & latorum, aliqui appellant* **scholle.** *Quod nomen ad soleas tantũ pertinere, ut & nomẽ præ se fert, putatur*

Scholle/oft Tõge. Solea, *à figura soleæ, quæ solo pedis subjicitur. Piscis planus, tenuis, longiore contractioreq; corpore quàm Passer, ita ut Passer inter Soleas & Rhombos medius sit, pedali magnitudine, supinâ parte candidâ, pronâ nigricante, in qua oculi insunt, ore incurvo sine dentibus. Vocant al·* **scholle/***alij* **tonge**

Spierinck/stinck visch. Apua cobitis, *vel* Aphya. *Dictæ Aphyæ ἀὸ τοῦ ἀφεῖς θέειν, quasi non natæ, teste Athenæo. Sunt minutissimi pisces, ex spuma maris apud Batavos copiose generantur, ubi post diuturnas siccitates copiosi imbres ingruunt,* Apua vera *vel* Aphya *Aristoteli* ἀφείτις, *Athenæo* ἀφρύη *dicitur, neque enim gignit, neque gignitur, sed ex spuma & originem & nomen habet,* ἀφρὸς *enim spuma est.*

Spyot. Apua infumata, Halecis soboles.

Steur/Stoer. Accipẽser, *qui vulgò* Sturio *dicitur, vel* Aquipẽser, *ab acuta rostri figura porrecta, est; corporis trigonâ specie. Cibi parum aut nihil admittit Sturio, cùm sola aëris tranquillitas ad cibum ei sufficiat. Hinc celebre apud nos proverbium in hominem nullius aut parcissimi cibi,* Aëre eum vesci instar Sturionis: **Hy leeft hy de windt als eẽ steur/** *hoc est, rore pascitur aut victitat.*

Spytser/die water wt de zee op-blaser. Physeter. *Belua marina admirandæ magnitudinis, ex genere Balenarum, à* Φυσᾶν, *quòd aquas in altum reflet, & sibilum quem flatus suo meatu, præsertim per angustum eluctans, edat. Et quia undas capite emittit & ei aculatur. Maximum igitur terrorem navigantibus incutiunt Physeteres.*

Tonge. *Vide suprà* **scholle.** Solea, lingulaca.

Tumelaer/meer-swijn. Delphin, Delphinus: Sus, *vel* Porcus marinus. *Admirabili agilitate, qua se in maris superficiem sæpissimè vibrat,* **Tumeler** *vulgo dicitur. Estq; inter omnia animalia terrestria & marina velocissimus, quippe qui malos etiam navigiorũ majorum superfiliat, perinde ac sagitta pernix. Constat enim unicuique maris accolæ, quanta se velocitate Delphini jaculentur, quæ cùm refertur, incredibilis habetur ijs qui non spectarint. Belua hæc marina est* Φιλάνθρωπος, *& incredibili erga homines, præcipuè impuberes, affectu, illisq; colludere gestit, ac miris blandimentis gratificari. Plerisq; mortalium, extremo vitæ periculo in mari laborantibus, ab animali hoc sponte auxilium allatũ, multis exemplis confirmat Plutarchus. Delphinũ natura, terra procul, adeo violentum, pernicem, atque agilem esse jussit, ut velocitate cuncta animalia superet, eundem autem simulatque terram attigerit vix in arenam exceptum, confestim emori.*

Vijf voet. Stella. *Piscis marinus sic dictus à stellæ pictæ specie habet enim quinque radios, qui ex multis particulis tanquam ex multis*

vertebris componuntur, ut in aqua mobiles essent; in quarum medio oris situs est & quinque dentium. Sunt multæ earum differentiæ, de quibus copiosè Gesnerus.

Voozen. Trutta, Truta, Forio. *Piscis hic* Varius, *&* Variolus *alias dicitur. Harũ aliæ sunt fluviatiles, aliæ lacustres* Trutas, *inquit Platina, à* trudendo, *quasi trusiles, lingua vernacula dictas putat, semper enim in adversum & impetuosum flumen Trutæ nituntur, advenientes undas superare contẽdens. Germanicũ nomen* **Voozen** *ab igne factum videri potest, quasi* **Vuyzẽ** */a rutilantibus igneo colore maculis Vnde &* Varius *à punctorum varietate nominatur, vel à voracitate, aliqui enim* Truttam *appellatam volunt, quasi* troctã, *quod Græcis voracem significat.*

VV

Walbisch. Balæna. *Belua marina, quæ & Cetus, vel Cete neutr. plurale, Piscis Cetaceus omnium aquatilium maximus. Balænam à βάλλειν, quod aquas emittat, dictam putant. Malus autem quasi φάλαινα, hoc est, belua conspicuam, propter maculas albas quibus splendet. Naves evertunt Balænæ vel Ceti illi, nisi sono tubarum, aut missis in mare rotundis & vacuis vasis, abterreantur.*

Wijtinck. Asellus mollis. *Est hic Asellorum è genere mollissimus omnium.*

Z

Zee-haen. Lyra, Gallus marinus.

Zee haes. Lyra altera, lepus marinus, *a lõgiusculi cirri sub branchiis, tanquam auriculis, dictus videtur. Veterum Lepus marinus erat venenatus.*

Zee-hond Zee-kalf. Phoca: *Nomine ducto ex βόϊτη, ob boatũ vel mugitũ quem per somniũ edit. Belua marina corio & pilis tecta, unde &* Vitulus marinus *apellatur,* **zee-kalf.**

Zee-wolf. Lupus marinus: *Appianus* Ferã marinam *dixit, vulgus vernaculâ linguâ nũc* Lupum marinum, *nunc* Canem *nominat.*

Zee-Coninck. Mullus Barbatus. *Varr. Adr. Iunius.*

De marinis & fabulosis aliquot Poëtarum monstris.

Meer-man/Zee-mã. Homo marinus, *qui &* Triton *dicitur, de quo Virgil. Frons hominẽ præfert, in piscem desinit alvus. Est monstrũ marinum, a capite ad umbilicum homo, inde Delphinus, & tanquam ἰχθυοκένταυρος, id est, ex pisce Centaurus. Eugenio quarto Pontifice apud urbem Sibinicum in Illyrico captus est marinus homo, qui ad mare pulsum trahebat. Is a curientibus, qui rẽ aspexerant, lapidibus fustibusq; vulneratus, in siccum retractus est. Hujus effigies penè humana, nisi quod cutis anguillæ erat similis, & in capite duo parva habebat cornua. Manus quoq; duorũ tantùm digitorum formam exprimebant. Pedes autem in duas velut caudas finiebantur, a quibus ad brachia alæ, ut in vespertilione, extendebantur. Baptista Fulgosius. Anno 1546. captum est monstrũ marinũ in mari Balthico, non procul ab Hafnia Danici regni metropoli, caput, collũ, humeri, thorax, humanâ specie, caput rasum, ut monachi, de collo humeris, thorace, cucullus quasi pependit, qui nigrus & rubris maculis fuit variatus. Vnde monachi ipsi nomen imposuerunt. Monstrum ad regem delatum, & ob raritatem & miraculum asservatum est. Aliud illo mirabilius captum est in Polonia Episcopi habitu anno 1531.*

Zee-joffrouw/Meer-minne. Siren. *Sirenes Poëtis mõstra sunt marina infra aves, (nõ pisces) supernus homines virginea facie. Ovidius. Monstra maris Sirenes erant quæ voce canora, Quaslibet admissas detinuere rates. Sirenes igitur inter aves commemorandæ sunt, quia aves sunt monstrosæ, tametsi & marina horrenda monstra legantur, quæ alicubi dicuntur* Virgines marinæ. *Plinius aves fabulosas esse putat. Huic adversantur Gaza & Trapezontius, qui eas in mari se vidisse affirmãt. Sirenem mortuam spectaculi causa Genuam secum advexisse fertur Philippus Archidux Austriæ anno 1584. Duos item Satyros vivos, alterum puerili ætate, alterum virili.*

Meer-wijf. Nereis: *Nereides belluæ sunt marinæ, toto corpore hirsutæ, speciẽ aliquæ habẽtes homini conformem, appellant* Mulierculas marinas, **Zee-vrouwen.** *De Nereidibus quod fingitur, non omnino fabulosum esse Plinius scripsit lib. 9. cap. 5. Et in littore Olisiponensium spectata fuisse, cujus morientis etiã cantum tristem accolas longè audivisse narrat,*

rat, suamq; opinionem pluribus ibidem exemplis confirmat.

Water-peerd. Hippopotamus. *Quadrupes est, monstri aquatici speciem referens, sed marmus non est. Nilo tantùm gaudere legimus, Byzantini modò* Porcum, *modò* Bovem marinum *appellant, dorso jubaq; equũ refert, insuperq; hinnitu, quemadmodum Plinius tradit.*

Zee-peerdeken. Hippocampus *ab ἵππος equus & κάμπτω, flexura. Equinum caput, & collum gerit, corpus autem Erucæ imitatur Belloniis. Sunt qui pro certo velint* Hippocampum *esse piscium illum, vel potiùs marinum monstrum, qui* Dracunculus *quibusdam dicitur, alijs* Equiculus marinus. **Chimæra**, *monstrum poëticum triforme, Ante Leo, retroq; Draco, mediumq; capella: ut in versu Hesiodi est: flammas ex ore & naribus expirans. Revera (inquit Servius, illud Virgilij lib. 6. explicans: Flammisq; ornata Chimera,) mons est Chimæra Lyciæ cujus hodie ardet cacumen, juxta quod sunt Leones, media autem pascua sunt, ima verò montis, Serpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, unde* Chimæram *dicitur occidisse. Alij longè aliam monstri figmentiq; interpretationem asserunt, quam copiosè explicat Natalis comes, in suis Mythologij.*

Gryffoen/vogel-grijp. Gryphs, Gryphus. *Animal quadrupes, pennatum, auritum omni ex parte Leo, alis & facie Aquilis simile. Animal Plinio autore fabulosum. Mela in descriptione Scythiæ Europeæ Gryphi, inquit, sævum & pertimax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mirè amant, mireq; custodiunt, & sunt infesti attingentibus. Ioannes de Mãdevilla scribit, corpus magni Gryphis majus esse octo Leonibus, bovemq; equum, vel hominem etiam armatum occidere, plenoq; volatu illum auferre posse, Vngues ejus tanquam cornua bovis esse, è quibus magni pretij pocula fiant, ut de pennis ejus arcus rigidi, & missilia, & sagittæ ad jaculandum aptæ. Sed rerum scriptores dubitant, an hujus imaginis animal inveniatur. Plin. lib. 10. ait, Pegasos equino capite volucres, & Gryphos auritos, aduncitate rostri, illos in Scythia, hos in Æthiopiam fabulosos reor. Quanquam idem tamen lib. 33. c. 4. apud Scythas ait aurum à Formicis & Gryphibus erutum. Sed hoc aut ex vulgatæ historiæ opinione. Nam illud Virgilianum Eclog. 8. Iungentur jam Gryphes equis: nihil aliud sibi vult, quàm eventurum, ut ea quæ minimè fieri possunt, protinus fiant. Aëria quippe animalia, cum terrestribus eidem jugo submittere, natura minimè patitur.*

Harpyijt/roof-vogel. Harpyia. *Harpyias aliqui fabulantur in Thracia fuisse corporibus vulturum, auribus ursorum, faciebus virginis, fuisseq; alatas, & humanis brachijs & pedibus, sed unguibus monstrosis vultures referentibus. Sunt monstra rapacia & obscœna, ut liquet ex 3. Virg. Æneid. Dictæ sunt Harpyiæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, à diripiendo quòd omnia secum raperent, quanquam quæ relinquebant, ita retro & fœtido excremento inquinabant, ut fœtor omnino perferri nõ posset. Vis igitur nominis indicat, eas ab effectu nominatas nam Harpyia rapacitate notat, unde harpax & harpagare verbum apud Plautum. Et Suidas ait ἁρπακτικὲς δαίμονες εἶναι. Sidonius Apollinaris pro cruentis sanguinariisque raptoribus, qui pecuniæ vel immoriantur, Harpyias usurpasse videtur. Alij mulieres fuisse aiunt, in luxum prodigas & sumptuosas.*

Vliegende peerd. Pegasus equus *Fingitur alatus, ex sanguine Medusæ ortus, dum ejus caput desecaret Perseus. Qui ad montem Parnassum advolans, quum terram ungula pedis effoderet, πηγὴν, id est, fontem produxit, à quo ipse Pegasus cognominatus est. Anselmus de imagine mundi, huic equo quædam addit, dicit illi cornua esse, cumq; igneum habere anhelitũ, & ferreos pedes, ut totus monstro sit similis, sed hæc ab alio nomine traduntur. Fulgẽtius Pegasum interpretatur æternum fontem, quia fama egregiorum hominum indeficiens est.*

FINIS.

Orthographiæ Latinæ Querimonia.

OLim Orthographiæ causâ lis nulla Latinis,
Aut si parva fuit, parvo est finita tumultu,
Dum patriam unanimes linguam coluêre periti;
Atque usum penes arbitrium, jus, normaque mansit.
Nunc ab nunc quàm dira animis discordia glisscit,
Postquam me nimio certatim ornare nitore
Per studiosa cohors, votis contraria, cœpit!
Quæ non arma malo sunt suppeditata furori?
Hic veteres magno lapides conamine profert,
Marmoreas moles, cippos, pylasque volutat,
Audet & intrepidus vastas morare columnas:
Exesa ast illi est rubigine lamina præsto:
Bractea scabra alijs, numique ex ære vetusti,
Membranæ putres, maculis fœdata papyrus,
Et libri, quorum fugientes litteræ, & annis
Extritę, ambiguæque notæ, turpesque lacunis,
Absurdo sensu, dubijs, mendisque redundant.
Postquam adeò sævis cœptum est certarier armis;
Cordatè à doctis intercessum fuit: unde
Gratia Tortelli merito tibi magna, deinde
Et Despauterio, Vallę, Villichio, & Aldo,
Nemio, & arte bonis, quotquot sunt semper agetur.
Hinc equidem certam cœpi sperare quietem:
Verùm spes hæc me, pacisque fefellit amantes.
Namque animis hæsit multorum prava simultàs,
Qui nova præfractè meditando prelia, rursum
Diram funesti præbent certaminis ansam.
Tali autem satagens maturę occurrere noxæ.
Ortographos omnes obtestor & obsecro, pacem
Anteferant bello, nec seditionibus instent:
Et parvi faciant, insueto littera more
Si tollatur ab his, aut adjiciatur ab illis.
Mutetúrve frequens, eadem modò dictio constet.
Accentus, apices, diphthongos, denique quidquid
Esse supervacuum, parvíque putabitur usus,
Hebręis, Græcis, quorum hæc inventa, relinquant;
Hisce nec utantur, nisi cum res postulat, aut cùm
Tollendi causa dubij, hærentémque juvandi
Lectorem, in primis censebitur esse necessum.
Hæc sunt Orthographos paucis quę scire volebam.

Ludebat Corn. Ki. D.

APPROBATIO.

In hoc elaboratissimo Dictionario Teutonico Latino, Collectore & interprete Cornelio Kiliano Dufflæo, in humanis literis versatiss. quod vel Catholicæ S. Rom. Ecclesiæ Religioni, vel bonis moribus, aut Regiæ Majestati contrarium sit, continetur nihil: imò quàm utilissimum & dignissimum est ut & imprimatur & legatur: Quod hac mea subscriptione attestor. Datum Antverp. Anno M. D. LXXXVIII. IX. Kalend. Octobr.

D. Henricus Zibertus Dunghæus, S. T. D. Librorum Censor, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis Antverp.

STAATS-
BIBLIOTHEK
MUENCHEN